

88



00 Pa
N



Histor: civiles



APPENDIX
M
F
I
NOVA
DE
SOCI

Imaginem hanc Magnatis Habessini

ex India ad nos missam ideò proponere volumus,
ut, quæ de forma corporis & liberali vultu Habes-
sinorum in Historia nostra Lib. I. c. 14. §. 28. diximus,
quòd non ut alii Æthiopes turgentia labra, &
repandos nasos habeant, hòc exemplo
confirmentur.



CULANEL. GABAS. CHAN
HABESSINUS. NATIONE. EXERCITUS. DUX.
SULTAN. MAHMUDI. REGIS. VIJAPOURÆ.
IN. INDIA. A.º. MD. CX. CIII.

169

1

PRÆFATIO AUTORIS AD LECTOREM.

Relationem novam de præfente Habessiniae statu, quam hîc vides, Amice Lector! amplissimæ SOCIETATI INDIAE ORIENTALIS BATAVORUM debeo. Debent illi plurimum & alii omnis generis mortales. Non dicam nunc de mercibus, quas ultrò citroque vehunt, quibus non tantum vita beatior redditur, sed & sanitas atq; salus corporis humani in medicina & chirurgia confervatur. Multæ novæ regiones & in iis veteres fabulæ deteguntur: contra, vetera nonnulla pro fabulosis habita vera reperiuntur: Deperdita pridem, hîc denuò reperta deprehenduntur. Vix annus præterit, quò non notabilia, sive de insula, sive de gente aliqua nova: sive etiam de novis naturæ miraculis ex India nunciuntur; ut quod olim de Africa, id de Societate ista prædicari possit: *Semper aliquid novi.*

Annò superiore relationem naufragorum quorundam accipi, qui Anno 1686. haud procul flumine *Goa*, sub gradu 25. latitudinis australis, in breviam *Terræ Natalis* compulsi, naufragium fecerant. Illi triginta miliaria introrsum, & ultra centum miliaria littoris Africani peragrantes, ut effugium quæerent, miras & ignotas hucusque gentes, *Magoses, Makriggas, Matimbes, Mapontes & Embos*, invenerunt; partim feras, partim mites & hospitales; moribus planè insolitis. Hottentotziæ quoque linguæ specimina ad me missa fuerunt; quæ cuncta aliquando lucem videbunt. Si hodiè alter aliquis *Plinius* novum Historiæ naturalis opus condere vellet, adminiculo relationum hujus Societatis insigne quoddam *Naturæ & Orbis Theatrum* repræsentare nobis posset. Etenim artes atque scientiæ variæ, *Astronomia, Geographia, Physica & Botanica*, denique *Historia* diversarum gentium, relationibus Indicis insigniter illustrantur.

Quin & Christianum nomen commerciorum occasione in remotissimis terræ partibus mirificè inclarescit. In Belgio passim notum est, quæ auspiciis istius Societatis solertissimus Theologus *D. Robertus Junius* piæ mem. in insula *Formosa*, cum adhuc Societati pareret, præstitit. Vidi in juventute mea *Delfi* tabulas pictas, & audiivi quomodo insulani illis Evangelium prædicaverit: & quomodo per classes dispositos in doctrina Christiana instruxerit, moresque humaniores docuerit. *Catechismum* ejus in lingua *Formosana*, typis excusum, adhuc possideo. ut falsi sint, qui asserunt, Societatem Indicam Batavorum *Christianam religionem* neglectui habere. Si quæ fortè hac in parte à privatis peccetur, id *Societati* ejusq; *Directoribus* minimè exprobandum est; sicuti nec *Principes* Ministrorum suorū malefacta sibi imputari sinunt.

Præfatio Autoris ad Lectorem.

Vulgò quidem sociis solum lucrandi & acquirendi studium, tanquam summum Societatis bonum imputatur; utinam Reges & Principes omnes à tali affectu vacui essent, nec aliqui illorum consilia omnia ad sola commoda sua privata dirigerent; non tantum vendendis mercibus suis, quas illorum subjecti nimis caro emere coguntur: sed, quod pejus est, parando in alienas regiones & urbes imperio, proferendis finibus suis intenti, sine cura juris & æqui, solum id quod interest, summam consiliorum suorum rationem putantes; idque sæpius cum urbium excidio, & agrorum vastatione. Cum alias *beneficio affici hominem hominis maxime intersit.* (*) At Societas Indica absq; cujusquam injuria liberrimè emit & vendit: & in commune utilia per Orbem terrarum dispensat. ut hinc demum verissimum sit JCtorum effatum: *In vitus nemo emere vel vendere cogitur.* (a)

Sed obtrectatores illi *opibus & divitiis* Societatis invident; invideant etiam periculis & jacturis! invideant laboribus & molestiis gravissimis! quas illi tolerant, quibus ex uno hemisphærio in alterum navigandum, & in terras alio sole calentes iter faciendum est. At nec sibi solis lucra cuncta retinent, quin *Republicam*, quotiescunque necessitas poscit, navibus atque pecuniâ juvant. adeò diffusa per universum Belgium foederatum est Societas ista, ut non tanquam privata quædam confociatio, sed magna Reipublicæ pars censenda sit.

Præterea invidia ipsa nullas illi sordes objicere potest. Splendidæ & sumtuosæ *missiones*, quas modò in *Japoniam*, modò in *Chinam*, & alias oras miserunt, toti Orbi innotuere. (b) Colitur vicissim honorificis legationibus à *Regibus & Principibus Orientis*; exemplo sint Legationes potentissimorum *Æthiopiæ Imperatorum AELAF-SAGEDI & ADJAM-SAGEDI*, quorum epistolas hinc publicamus, quibus illi pari urbanitate responderunt, decorum & honestum rectè observantes, ut quamvis necdum quæstû ullum ex *Habessinorum* regionibus, maxima sui parte terrestribus, perceperint, *ἀντίδωρα* tamen multò plura, & muneribus acceptis pretiosiora, uti primâ vice, ita nunc denuò remiserint; quod cuivis supputanti facillè constabit.

Ut autem curiosi sciant, unde SOCIETATI INDICÆ BATAVORUM ista rerum Habessinicarum cura: mihi autem tanta illius benevolentia sit, quòd acta cum Regibus *Æthiopiæ* mecum communicare voluerit, paucis expediam. Cum anno 1679. hortante & patrocinate Dn. B. Hochoerob. m. Cancellario tunc temporis aulico, Pragæ ad alloquium Imperatoris admissus

(*) Sic loquitur *Papinian.* l. 7. ff. de serv. export.
(a) *L. In vitum.* II. C. de contrab. emt. & ibi *Dd.* (b) Variis linguis editæ p. assim inveniuntur.

Præfatio Autoris ad Lectorem.

missus essem, AUGUSTISSIMUS CÆSAR (qui me ex narratione Bibliothecarii sui *Lambecii* noverat) gnarus, *Regem Habessinorū* Christianum, & Turcarum in littore Maris rubri vicinum esse, inter alia interrogabat, num literas in regnum illud dare, & viam ad amicitiam in futuros usus sternere possem? Respondi, me omnem operam daturum, ut cognoscendo hodierno illius Regni statui literas in Indiam atq; Æthiopiam ipsam mitterem; modo MAJESTAS CÆSAREA dignaretur, *Britannis* atque *Batavis*, qui commercia Maris rubri agitent, me commendare, ut literas meas rectè curarent, & scitu necessaria renunciarent; me enim à quadraginta ferè annis nullum nuncium ex illis oris accepisse. Annuit *Imperator* clementissimè, mihi que epistolas cum ad Regem Angliæ CAROLUM II. tum ad FOEDERATI BELGII ORDINES dedit, quibus conatus atque studia mea illis commendabantur; quas ipse deferrem, & quæ ulterius necessaria forent, dispicere possem.

Erat eo tempore alta pax, nec quisquam profectioem urgebat, quam ob causam nec ego festinabam, alia intervenientia negotia prius expediturus. At anno 1683. ortò gravi bello Turcico, eo que sub initium obsesâ Viennâ, periculosissimo, veluti instinctu quodam excitatus, iter meum non ultra differendum putavi. Memineram enim in aliis bellis Turcicis societatem & foedus *Persarum* ab *Imperatoribus* nostris, & Regibus *Poloniae* expetitum fuisse: Legeram epistolas Summi Pontificis P II. V. (c) ad *Shach Tahamasum* (lege *Tecmasem*) *Persarum* regem; & ad *Sherifum Mutahar*, Regem Arabiae felicis, Muhammedanos: nec non ad *Mennam*, Æthiopiae Regem; quibus illos post maximam ad *Echinadas* navalem victoriam, Anno 1571. à *Turcis* reportatam, ad arma contra Turcas conjungenda, & bellum continuandum hortabatur. Quamvis apud *Infideles* id planè vanum & frustraneum sit, quia statutis eorum cautum est, ne *Musulmannus Musulmannum* armis aggrediatur, quamdiu cum *Gauris* [sic Christianos vocant (d)] vel alienæ religionis hostibus bello confictatur. At apud Christianum Regem Habessinorum spes aliqua societatis armorum supererat. Igitur ne quid negligere, quod in tenuitate mea esset, iter illud nemine hortante, solo boni publici studio ductus, meis sumptibus suscepi: literas ad totam nationem Æthiopicè scriptas imprimi curavi, (e) quò plura exemplaria per diversas naves mitti possent.

In *Anglia* quidem à Rege auditus, sed paucis verbis ad *Societatem Indicam* ablegatus, ab illius tunc temporis Præside cum literis

A 3

meis

(c) *Francisc. Goubaun* habet in epistolis d. Pontif. pag. 415. (d) *Sal. Suveigger. Itiner. Constant.* cap. 14. *Gaur* reperitur Marc. 7, 26. Lexicographi exponunt per conjecturam *Phoenicia*; rectius, ut mihi videtur, *Ethnica. Gaur* enim & *Caser* à *Turcis* opponuntur *Musulmannis*, tanquam *infideles fidelibus*. Angel. à S. Joseph. *Gazoph. Persic.* p. 242. (e) De hisce literis pluribus ago in *Relatione ipsa. Art. IX. & ibi not.*

6 Præfatio Autoris ad Lectorem.

meis frigidè exceptus fui, nec unquam postea resciscere potui, an illæ in Indiam missæ fuerint, nec ne. At *Ordines fœderati Belgii* acceptâ Cæsaris epistolâ, & cognitâ petitione meâ, efficacibus literis (f) *Societati Indica* me commendaverunt, cujus Directores sub finem Augusti dicti anni me in confessum suum honorificè admiserunt, & benevolè audiverunt. Hi literas meas *Æthiopicæ* cum *questionibus* pro cognoscendo *Æthiopiæ* statu necessariis ad *Gubernatorem* suum *Generalem* (ut vocant) miserunt, cum mandato eas ulterius curandi, & quæ à me peterentur, sollicitè inquirendi. Is porro *Mocham*, è regione *Habessinæ* in Arabico littore sitam, Institori Societatis *Huberto Kloef* scripsit, eique negotium dedit, ut jussis Societatis satisfaceret; quod ille egregiè præstitit. Etenim non solum epistolam meam in *Habessiniam* per mercatores Arabes curavit, verùm etiam quæstionibus meis A°. 1685. distinctè respondit, ut in *Commentario* meo (g) docui.

Posthæc, quum ante biennium ferè rursus *Chowagia Moradus* Armenius, idem qui anno 1675. in India fuerat, à *Neguço* (sic Regem suum *Habessini* vocant) *Bataviam* Indiæ appulisset, quæstiones meæ illi propositæ fuerunt. Responsum diligentissimè conscripsit *Paulus de Roo*, Secretarius Societatis meritisimus. Sed nondum neque *Historiam* meam, neque *Commentarium* ad eam cum nova *Habessinæ tabula Geographica* viderat, aliàs multò plura interrogare, & ex Legato accuratius cognoscere potuisset. Nunc verò aliquot exemplaria operis mei cum novis quæstionibus in Indiam deferri curavi, ut sperem, cognitis plenius *Habessinorum* rebus, regni que præsentis statu, occasionem nascituram, amicitia pro Republicâ Christianâ, cum hac natione contrahendæ.

Quippe in opere nostro historico ejusque *Commentario* (h) demonstratum dedimus: *Gentem esse per-vetustam & optimè moratam, adolescentes aurea planè indolis, & innocentia majoris quàm quisquam credere possit: Reges antiquæ pro sapia, & inter primos, qui post Constantinum M. religionem Christianam amplexi sunt, clarâ primitivis Ecclesiæ temporibus, dum Axumæ regnarent, famâ. Nunc magis magisque in interiora Africæ recedentes, barbaris ferisque gentibus undique circumsepti sunt, ut imperium suum simul cum religione Christiana facile extendere possint. Quamobrem vel ex hac sola causâ æquum foret, ut à Principibus & Rebus publicis nostris belli pacisque artibus, quibus destituuntur, juvarentur; etsi nullum aliud emolumentum exinde ad nos redundaret.*

Itaque relationem paulò ante memoratam in publicum edere operæ pretium putavimus. Sed prius præmitteremus epistolas à duo-

(f) Eas habes in fine hujus præfationis. (g) In additionibus ad librum II. p. 264.

(h) Hist. Æth. Lib. I. cap. 14. Comm. d. l. N. XCVIII. p. 193.

Præfatio Autoris ad Lectorem.

7

duobus *Habessinorum Regibus* ad *summum* Batavorum in India *Præfectum* Arabicè datas, istiusque responsionem cum muneribus egregiis, iisque utilissimis, atque in Æthiopia rarissimis; additis pro faciliore earum intellectu notis nostris. Etenim scriptæ sunt modo & stylo Orientalium, non tanquam ab ipso Rege, sed ab aliquo tertio anonymo, qui Regis sui laudes mirum in modum extollit, quod nostris moribus extra modum absolum esset. Tandem scriba regius sermonem inflectit, & ipsius Regis nomine loquitur. Adhæc dictionem prorsus peregrinam, & à nostra phrasi alienissimam lectores procul dubio mirabuntur. Miratus est sanè tunc temporis ipse *Præfectus summus*, qui prima vice hunc Legatum cum tam insolita epistola ad *Directorem* & *Consiliarios* Societatis *Surattam* die XXXI. Augusti A. 1675. remittit his verbis: *Den Brief/die wy ontfangen hebben/is van soo wonderlyken Inhoud/dat wy geen Antwoort daerop weeten te passen/2c.* *Epistola sententiam tam mirabilem esse, ut congruam responsionem illi aptare nesciat.* Surattenses igitur Batavos oportuit responsionem, linguæ & stylo illarum regionum convenientem exarare, & cum remuneratione in Æthiopiam remittere.

Scilicet in more positum habent Orientales omnes, *Turca*, *Persæ* atq; etiam *TZAR* [i.e. *Rex(i)*] *RUSSIÆ*, [quod in *Commentario* nostro indicavimus (k)] ut omnem suam eloquentiam in exordio, ut plurimum rhythmico, & titulorum encomiis consumant, & cum ad rem ventum fuerit, totum negotium duobus vel tribus versibus absolvant. *Jos. Scaliger* id pridem observavit, in epistola ad Stephanum Ubertum (l) sic scribens: *Anno superiore litera Maroccani Regis longissimum titulum, triginta versibus rhythmicis conscriptum, continebant; adeò obscuris verbis, tropis & schematibus, ut vix tria verba assequi potuerim. Sequebantur tres aut quatuor lineæ, quæ rem ipsam, cujus gratia litera conscriptæ erant, exponebant, ita ut Prologus Fabula triplo major esset.* Eodem ferè modo comparatæ sunt epistolæ nostræ Arabicæ Regum Æthiopiæ. Pergit *Scaliger*: *Legi etiam diploma Reguli cujusdam Arabis, in quo verba quidem omnia Arabica agnovi, sententiam autem nullam odorari potui.* Idem ferè mihi contigit in nonnullis dictarum epistolarum locis, ut *Oedipum* prius, quam *interpretem* agere coactus fuerim. Porro, quod *Scaliger* de se, idem de me, & de perplexâ hac lingua fateri cogor: *Quò plura lego, eò me hujus lingua imperitiorem sentio. Postquam autorem quendam bene video intellexisse, quum ad alium me confero, in alio mundo me versari puto.* Sic ille. Quapropter in tam abstrusa lingua & tam luxuriosa dictione, nisi verbum verbo, quoad fieri potest, reddatur, de sensu scribentis certus esse nequis.

Egregiè

(i) Epitheton Russicum *Samo-Dergetz*, malè redditur *Selbsterhalter* / cum sit Græcum *Αυτοκρατωρ*. *Imperator*. Gall. *Souverain*. (k) *Comment. Proem. XIII. 34. lit. k. & 49. & Lib. III. N. CXI. 17. lit. e. & Lib. IV. N. XI.* (l) *Epistolarum L. IV. Ep. 351. p. m. 694.*

Egregiè differit *Eduardus Pocockius* (m) de iis, qui libros vel alia scripta è peregrinis linguis transferunt; duro fato eos objici inquiens: *Nam si strictim ad verba reddant, elegantia neglectum illis exprobrari: Si longius ab iis recedant, de vero auctoris sensu dubitari.* Prius ergò præfert, cùm id non tantùm mediocriter doctis magis arrideat, sed verbis rectè expressis, quilibet elegantiam & commodum sensum accommodare possit. Quam rationem & ego in versione epistolarum Arabicarum, quas hîc edimus, secutus sum. Secus est in *Græca* vel aliis *vernaculis Europæ linguis*, ubi translatorum decet genuino linguæ suæ stylo textum interpretari, quia plurimi verba alterius linguæ intelligunt, ut ea totidem verbis exprimere necessarium non sit.

Postremò cum debita honoris præfatione & summa gratiarum actione publicè hîc nominandus est Amplissimus Vir *NICOLAUS WITSEN*, Consul Amstelodamensis bene merentissimus, legationibus gestis celebris; quem munera publica gravissima non impediunt, quo minus & ipse rem literariam, imprimis *Geographiam* promoveat, aliorumq; honestos conatus juvet. Documentum singularis industriæ & indefessæ diligentia est *Tabula magna Geographica, Septentrionalium Europæ atque Asia partium* hucusque incognitarum, delineationem, quantum fieri potuit, accuratissimè nobis repræsentans. Ille est, qui nobis relationem hanc novam cum epistolis Arabicis, & quæ supra de rebus Indicis retulimus, suppeditavit. Clarior est ejus fama per Orientem & Occidentem, quàm ut me præcone egeat.

(1) In fine præfationis in *Epist. Abi-Jaafar Ebn Tophail*. Oxonii 1671.

Rescriptum Ordinum generalium ad Societatem Indicam, supra pag. 6. allegatum tale est.

De/Le/Erntfeste/Erfsame/Drome/Lieve Getrouwen / Alsoo Syne Keyserl. Maj. om gewichtige Redenen al voor eenige Jaeren herwaerts begeerigh is geweest / den tegenwoordigen Toestant van Abyssinien in Africa aen de Roode Zee gelegen particulierlyck te mogen weeten/en tot dien eynde een van Synne Raeden Jobus Ludolfi, Kennis hebbende van tael en seden van dat Landt / gecommitteert heeft/door Brieven en correspondentie jets seeckers daer van in Ervaerentheyte brengen / sulcx dat syn Keyserl. Maj. gelieft heeft/de gemelde Keyserlycken Raet Jobus Ludolfi, aen ons opt best te recommanderen / om hem daertoe behulpigh te wesen/ende wy Syne Keyserl. Maj. daerinne gaerne willende voldoen/ooch selfs om verscheyde Reden wenschende dat de particulariteyten van het voorsz. Coninckryck der Abyssinen meer bekent werden mochte; Soo hebben wy sulcx U. L. by desen te Kennen willen geven/ en dese Saecke opt best recommanderen/ten eynde U. L. dieshalven mogen schryven niet alleen aen den Gouverneur Generael tot Batavia. maer ooch soo t' door een Kortern Wegh geschieden can/ aen de Comproiren von Arabien en Africa tot Aden, Moccha, Socotora, of daer ontrent / hun Lieden wel expresselyck ordonnerende/dat se op de Dragen en pointen/die meer gemelde Jobus Ludolfi, U. L. overleveren/of hun lieden toefenden sal / pertinent willen antwoorden/ofte daer sy by manquement van seeckeren Vlaericht sulcx selfs niet doen en konnen/alle Vlyt en neersticheyt willen aenwenden / om deselve door Luyden/die daer uyt t' Landt comen/ofte daerintrafiqueren/te mogen verkrygen/en wat sy daerin ervaren/ het selve verder aen U. L. willen berichten / om so verder tot Dienst von Syn Keyserl. Maj. en het gemeen beste aen de voorsz. Keyserl. Raet/ Jobus Ludolfi, ofte syn commis tot Amsterdam gecommuniceert te werden/onder andern ooch / dat se de Brieven die hy van meeninge is int voorsz. Coninckryck der Abyssinen te schryven en te senden door Gelegentheyte der negotiaaten van t' Landt der Abyssinen of Armeniers/met allen Vlyt willen bestellen/en soo daer eenige Antwoort op quam/deselve sorgvouldigh herwaerts oversenden/gelyck hy selfs van alles breeder verhael sal doen / tot welcken eynde wy hem aen U. L. ten besten recommanderen. Waertoe ons verlatende ic. In den Hage den 12. Augusti 1683.

Aen de Bewinthebberen van de Oost Indische Compagnie
ter Presidiale Camer van Amsterdam.

EPISTOLA

EPISTOLA PRIMA REGIS ÆTHIOPIÆ,
AELAF - SAGED,
 Ad Gubernatorem Generalem Batavorum
 in India, per *Chowagia-Moradum* Armenium,
 Anno 1673. missa.

Provenit hæc epistola à Rege honorato, & *Sultano* magnifico, Imperatore variarum gentium, celebrato ob fortitudinem & malculam virtutem, atque beneficentiam.
 2 Qui passim notus est præstantia ordinationum, & studio excellentium actionum: *Dominus* imperii magni & excellentis, &
 3 principatus magnifici & illustris. Decus sectæ *Iacobitarum*, (d) & defensor Religionis Christianæ, *Sultanus* AELAF-SAGED, (e) Filius Sultani ALEM-SAGED. (f)

(a) تصدير الكتاب من عند الملك
 الكرم (b) والسultan المعظم مالك
 وقاب الاسم الموصوف بالشجاعة والبروة
 والكرم المعروف بعلق المرانب والهيم
 صاحب (c) الدولة المعظمة المنيفة
 والسلطنة الكريمة الشريفة عز اللة
 اليعقوبية وناصر دين المسيحية
 سلطان الاف سجد بن سلطان
 عالم سجد
 (g) امام

Nota Grammatica & historica ad præcedentem Epistolam.

(a) تصدير] Propriè nomen est, à radice صدر *Processit, promanavit*, ad verbum: *Processio epistola*. Solent autem Arabes talibus nominibus verbalibus exordiri orationem; veluti *تذير الكتاب* *Demissio libri*. Sur. 32. i. i. e. *Demissus est (cælo) liber iste (Coranus)*. Sic habemus infra *التذير* *Scriptio*. i. e. *conscripta, vel data est* (Epistola.)

(b) *Sultanus*] Vocabulum in omnibus Orientalibus linguis usitatum, *potestate præditum* vel *potentissimum* denotat, hinc *summis Principibus* tribuitur. Hoc nomen *Habessinorum Imperatores* gerunt in Oriente. Benjaminus Tudelensis in itinerario suo p. m. 112. scribit: *لهم ملك* *Est eis Rex, & vocant eum SULTAN ELHABESCH*. Ipsi Reges id nominis assumunt. Sic *Susneus* semet vocavit *Sultan-Sagedum*. Reperi tamen in *Genealogia Othomanorum* Mss. quæ in insigni volumine Bibliothecæ *Guelpherbytanæ* habetur, Filiis Imperatoris *Turcarum* hunc titulum competere, *Sultan-Morad*, *Sultan-Bajazet* & ita porro: Imperatoribus verò regnantibus ipsis nomen supremum *خان Chan* attribui, quod majus est.

(c) دولة] *Imperium*; Quæ significatio occurrit in titulo historiae *Saracenicæ* *Elmacini*, *Golius* tamen eam non habet.

(d) *Iacobitarum* religionem agnoscunt Reges *Æthiopiæ*. Atque ea ipsa est, cui addicti sunt *Habessini*, *Coptita* & *Armenii* à *Jacobo Syro*, instauratore illius dicta. Quanquam doctrinam ejus longè aliter ac nos, vulgò exponunt; qua de re in *Commentario* nostro latè egimus *Lib. III. n. 89. pag. 461. & alibi*.

(e) *Æthiopicum* ለአለፍ ሰገድ: AELAF-SAGED: *Millibus venerandus*. Arabicè accuratè exprimi non potuit: quamobrem *سجد الاف* alii legerunt *Alef-Saged*: alii *Af-Saged* quasi *ال* esset articulus. Hos ego, quia textum Arabicum nondum videram, in *Commentario* meo *Lib. II. n. 36. p. 244. & alibi*, secutus sum. Est autem hoc cognomentum Regis, quod ei in novi regni auspiciis à castrensibus acclamatur, de quo more differuimus in *Historia* nostra, ejusque *Comm. Lib. II. c. 1. §. 33. Comm. Num. VIII. In baptisinate* dictus fuit *Johannes*, quod nomen omittere solent, uti hîc factum.

(f) *Alem-Saged*] *Æthiopicè* est ለለም ሰገድ: Per mundum venerabilis. Hic est *Baslides* *Susnei* F. qui duplex cognomentum Regium gessit, id, quod modò diximus, & *Sultan-Saged*. Plures habuit liberos, inter quos *Johannes* ille quartus fuit, tres præcedentes vel ante patrem, vel sine liberis obierunt.

- 4 Prolonget Deus dies ejus, & effectui det inter homines decreta judiciorum ejus. (g) ايام الله ايامه وانفذ في العالمين رسوم احكامه
- 5 Perveniat ad eum (qui est) gloriatio religionis Christianæ, & columna ejus atq; scutum paludamenti Iesuani & fulcimentum ejus, (quod) substitutum est stolæ Aaronicæ, & separatum (ab ea) demonstrationibus Evangelicis infallibus, superindutum gratiâ divinâ. Qui dives est in statione sua, altiore præ multitudine verborum fastuosorum. Qui permanens est in firmo proposito, benefaciens domui honorabilium: (Qui est) incrementum sociorum, & stabilimentum bonæ famæ (nempe) Capitaneus Batavia. Amplificet ei Deus spem & quietem, & lætificet eum beneficiis, (quæ) adjuvent fortunam (ejus).
- 9 (m) Porrò, fama clarissima quam sibi collegit, & prudentia præstantissima cum consilio nostro, & pactis quasi pretio conjuncta, effectui dedit amicitiam & observationem pactorum. Quamvis nos nihil cogat (laus Deo celsissimo) custoditos (scilicet) per gratiam [Dei] continuam. Ex obscuris claritudinem tibi fecit Deus celsissimus revera, cui nullum occultum est absconditum.
- 10 Et cum pervenisset nobis præstantia (n) ولما وصل لنا حسن ذكرى في الاقطار

(g) ايام] Præteritum est quartæ Conjugationis; *Diu durare, perennare fecit.* Et tamen hîc accipitur pro Imperativo, prout & in sequentibus verbis, quod notabile.

(h) In versione Belgica redditur, *in hoc & futuro seculo* عالمين quidem *secula* denotat, sed etiam *creaturas omnes*, peculiariter *homines*, prout hîc reddidimus.

(i) Sic quidem pravè scriptum erat in protographo, sed *الغيسوية* corrigendum esse, docuit nos Reverendus & in literatura Arabica doctissimus Vir *Henricus Franke*, diu in Oriente versatus. Nos ad verbum reddidimus *Iesuani*. Arabes enim à nomine عيسى *Iesu*, formant adjectivum عيسوي *Iesuani*, sicut à مسيح *Messias*, مسيحي *Messianus*, & per utrumque vocabulum intelligunt *Christianum*.

(k) Sic quidem in protographo, sed sine commodo sensu, *augmentum*, vel *incrementum* fortassis commodius reddi poterit, & scribendum زيدة.

(l) كنبطان *Canbitan* legendum. *Capitaneum* seu *Ducem* intelligunt. Prava ista enunciatio inde orta, quòd *Cappitan* intellexerint, & *Teshdid* suum seu literam geminatam in N. resolverint, ut cum pro *Abba* dicunt *Anba*, & Æthiopes pro *Sabbar*: *Sanbat*. Deinde P non habent, ideoque pro *Petrus* dicunt *Bitros*. *Baulos*, &c. hinc factum mirabile istud *Canbitan* pro *Canbitan*. Habesini *Capitaneos* seu *tribunos militares* Lusitanorum ٢٠١٢: *Gubetan* vocant. tam mirificè peregrina vocabula corrumpuntur.

(m) Periodus in textu Arabico longe difficillima & obscurissima; sensum (qui in versione Belgica nullus erat) aliquem illi dedimus, meliorem doctioribus relinquentes.

(n) Sic quidem est in Mss. sed procul dubio corrigendum وصلتنا *Pervenit nobis*, seu *ad nos*.

- famæ tuæ per [varios] tractus terræ, & celebritas æquitatis tuæ in magnis urbibus.
- 12 Et cognovimus quæ fuerit societas & amicitia tecum, & cum Patre nostro *Alem-Sagedo*, propter optimum agendi modum & convenientem statum arcani, nec non amatum, pacto firmatum & fœdere junctum. (Id) ad egit personam [nostram] ad pacta & fœdus mutuum tecum (in eundem) mediante famulo nostro
- 14 *rad Armenio*, cum nonnullis donis, quæ sunt; *quatuor equi: & duo asini variegati ex asinis sylvestribus*, ut sit istud donum pro confœderatione mutua & amore reciproco.
- 15 Accipe illa æquo animo, & si voluerit Deus, cedat in amicitiam pro commercio consueto cum augmento.
- 16 Atque cum istis, si quid sit tibi de necessitate, significabis nobis illud, ut id perficiamus, si voluerit Deus cellissimus, ut custodiamus fœdus & amicitiam.
- 17 Petimus ab eo qui promisit multitudinem rerum bonarum, & magnitudinem opum, ut bene cedat nobis intentio [nostra] quoniam ipse respicit negotia cultorum [servorum suorum.]
- 18 Conscripta [est epistola] mense *Muharram* religioso [anno] 1083. *Hegiræ*. Felicitas super autorem ejus, & abundet precibus & pace.

Locus, subscriptio & sigillum desiderantur.

الإقطار واستنشر عدلك في الأمصار
وعلمنا ما كان من الصكبة والبونة
معك ومع والدنا عالم سجد من حسن
السيرة وصلاح السيرة والصكبة
والبعاهدة والموافقة طاقنا النفس
إلى معاهدتك وموافقتك بواسطة
خاصنا مراد الأرمني مع شبيء من
التكف وهي أربعة خيول (o) وحمارين
منقش من حمار الوحش ليكون ذلك
سببا للتواصل والتكايب تقبلها (p)
من غير مواخذة فإن شاء الله يكون
البونة على جار العادة بالزيادة
ومعها يكون لك من حاجة تعرفنا
به لنغور بغضائها إن شاء الله تعالى
تكتف عهد البونة نسال من الية
المبيعان حيثلت الأفوه (q) وعظمة
تعباوه إن يوافقنا للسدا إن بصير
بمصالح العباد (r) التكرير من شهر
محرم (s) وأحرام سر ١٥٨ هـ من
(r) هجرة البغوة علي (u) صاحبها
أفضل الصلاة والسلام

(o) Pulcherrimum quadrupes, *Zecora* Habessinibus, & *Zebra* Congensibus dictum, quod in Historia nostra Lib. I. c. 10. §. 37. & in Commentario d. I. n. 79. descripsimus, atque etiam depictum dedimus. Nomen *Asini* non tantum in Europa, (ut putavimus) sed etiam in Arabia & apud Habesinos ipsos ferre cogitur.

(p) Arabicè ad verbum, sine indignatione à verbo *أخذ* و *succensuit*. q. d. *ut abeamus cum definitione ejus; i. e. ut finaliter decernamus, vel definiamus executionem ejus.*

(q) Paragraphus difficilis; Nos à versione Belgica recessimus, *مبيعان* enim non reverfionem sed promissionem denotat, deinde *حيلة* *Multitudo* scribendum censuimus.

(r) *التكرير* Hic rursus nomen pro verbo ponitur, ut statim initio lit. a. monuimus. *Scriptio i. e. Scripta vel exarata est haec epistola à radice حر* in secunda *حر* *Conscripsit librum* vel *epistolam*, in protographo malè per *خ*.

(s) Hic malim expuncto *و* reddere mense *Muharram* *sacro*, vel *religioso*, id enim *حرام* significat, quia mensis iste ob *novi anni* auspicia sacer est Arabibus, & quasi inviolabilis, in eo enim pugnare non est licitum, quia quasi inducias inter se agitant. Sciendum verò menses Arabum lunares, quia stabiles non sunt ut nostri, æquipollenti vocabulo Latino reddi non posse.

(t) *Hegira* seu fuga *Muhammedis* est *era Islamica* seu *Muhammedana*, à qua annos suos computant *Musulmanni*; de quibus mox pagina versa.

(u) *صاحب* Non autorem tantum, sed etiam Dominum, & herum significat; pro quo videlicet hoc votum annectere voluit.

I.

Anni lunares Muhammedanorum, cum nostris solaribus minimè conveniunt, decem enim diebus & 53. minutis breviores sunt. Respondet autem annus Millesimus octogesimus tertius hujus epistolæ, anno Christi vulgari 1673. atque tunc temporis *Muharram* incidebat in nostrum *Aprilem*. Circa istius medium annus Muslimorum *novus* tunc incipiebat. Voluit autem Secretarius Arabs *era Arabica* uti, vel quia epistola Arabicè conscripta fuit: vel quia Batavos *Æram Æthiopum* seu *Epocham martyrum*, vel *annos gratia*, quibus illi utuntur, non intellecturos putavit. Ultra duos annos igitur in primo hoc itinere Legatus iste hæsit, nisi enim statim ventorum flatus in mari Indico observentur, hic illis peregrinantibus subsistendum est, donec commoda anni tempestas navigationem admittat. Ex literis Anno 1675. in India datis cognovi, illum die X. Julii illius anni *Bataviam* appulisse. Tres menses transierunt, antequam ex Africa solveret, dixerat enim, quod *biennium* in iter maritimum impendisset.

II.

Porro Epistola hæc *Belgicè versa*, & anno 1676. in Europam missa in plurimorum manus venit. Curiosi sententiam meam de ea requirebant. Primo aspectu hæsi, minimè genuinam sed *confictam* esse ratus. In capite statim reperiebam, non Christianum *In nomine Patris & Filii*, &c. Sed Muhammedanum illud: *In nomine Dei misericordis*, &c. Deinde annus & mensis erant Islamica, & tamen Rex semet vocabat *defensorem religionis Christianæ*. Nomen AF-SAGED mihi non satis Æthiopicum videbatur. Denique dubia mea augebat *vetus ille & ineptus Regum Æthiopia titulus*, post finem epistolæ additus, quem in Historia nostra Æthiop. Lib. II. c. 1. § 43. ut vanum & falsum explosumus. Postea plurimis literis edoctus, *munera cum Epistola Arabica à Rege Æthiopia certò venisse*, re penitiùs consideratâ conjeci id, quod res erat, quodque nunc evidense est, nimirum; *Secretarium Arabem initio & fine epistolæ gentis suæ more usum*, (quamvis illud Arabicum *بسم الله الرحمن الرحيم* in nostro apographo non appareat: extat tamen in novissima versione Belgica) *fictitium verò titulum in protographo regio non extare*, sed ab imperito quodam *ardelione* ex opusculis *Damiani à Goez*, vel tabulis Geographicis *Ortelii* agglutinatum fuisse. Quæ monenda putavimus, si fortè prima *versio Belgica* epistolæ hujus uspiam cum tali titulo reperiat.

Vocabula quædam difficiliora hujus epistolæ, partim in Golii

Lexico non reperta: partim aliter exposita.

ψ. 1. تصدير *Quicquid aliunde promanat vel procedit*; à verbo صدر, vel in secunda Conjugatione, صدر *Epistolam exorsus est*. In Golio Cingulum pectorale Cameli à صدر *pectus*, quod huc non spectat.

ψ. 2. علف *Ilkon. Præstantia* in abstracto; at apud Golium est concretum; *Res præstantior.* Elhimam. Pluralis est à *أهيم* *Animus, Intentio, studium*, pecul. *rerum excelsarum.* الدولة *Imperium* vide supra lit. c.

ψ. 7. الاطناب *Propriè sublimitates styli.* Nam اطناب *significat sublimi stylo usus est.* زبد *Apud Golium est pars cremoris lactis*, quapropter correximus in Notis lit. k.

ψ. 8. اضحك *Golio Ridere fecit. Nobis latificavit.*

ψ. 9. سماع *Pluralis est à سماع Instrumentum auditus. Auris.* Sed nos reddendum putavimus *Fama.* الادهان *Pluralis inusitatus à singulari هاء subtilitas ingenii & mentis.* à verbo سوي *Dahija. Subtili ingenio præditus fuit. Nos prudentiam reddidimus.* ايشارتنا *Isharaton, Consilium, Mandatum, sic quidem derivatur ab اشارة Consilium dedit.* at ي *hîc vacat; propter Kesre appositum videtur.* نزل *coëgit.* Sic versio Belgica. Golius non tradit, pro quo paulò post ψ. 13. habetur طاق *quod Golio est: Par fuit. Potestatem habuit.*

ψ. 14. تكايب *Amor reciprocus.* Golius non habet. Respeximus versionem Belgicam & vocabulum حابة *Cognatio.*

ψ. 15. جار *Consortem in mercatura reddit Golius.* Nos *Commercium* posuimus secundum sensum versionis Belgicæ.

ψ. 18. تدرير *In titulo Euclidis hæc vox extat; Golius tamen eam non habet. vid. lit. r.*

ALTERA

ALTERA EPISTOLA REGIS ÆTHIOPIÆ,
ADJAM-SAGED I,
 Ad Governatorem Generalem Batavorum
 in India, per eundem Legatum Anno 1689. missa.

Provenit epistola hæc à Rege hono-
 rato, & Sultano magnifico, Impera-
 tore diversarum gentium: [Qui est]
 umbra Dei latè diffusa per terra-
 rum orbem: Illustrissimus Dominatorum
 religionis Christianæ; & potentissimus
 Regum populi Nazareni: & cellissimus,
 qui regnat in regione Habessinica. De-
 fensor acris finium Iesuanorum: Custos
 præceptorum Evangelicorum: Arbitr-
 æquus inter personas Christianas & Mu-
 hammedanas: rectè scopum feriens ju-
 dicio verborum gratissimorum. Indu-
 tus loricâ Davidicâ: intinctus in aqua
 baptismi: Venerandus, perfectus, opti-
 mus, speciosus. Progenies Sulta-
 norum stirpis paternæ Davidicæ & Salo-

(a) تصدير الكتاب من الملك
 المكرم والسultan المعظم مالك رقاب
 الامم ظل الله (b) المسبول في العالم
 اجل (c) خواقين الملة المسيحية واعز
 ملوك الطايغة (d) النصرانية وارفع من
 ملك في بلاد الحبشية وحامي (e)
 حسي (f) الثغور (g) العيسوي حافظ
 وصايا الانجيلية (h) الناشر بالعدل
 بين (i) الانفس النصرانية (k)
 والاسلامية الصايب باحكام اقوال
 الموضية اللابس من روع الداوية
 المنغيس في الماء المعوية و الهيبية
 والكمال واحسن والجمال سلالة السلا
 طين النسبسي الداوي السليماني
 السلطان

Note ad secundam hanc Epistolam.

- (a) تصدير [De hac voce in notis ad præcedentem epistolam dictum lit. a. & in add. v. i.]
 (b) مسبول [Est participium passivum primæ Conjugat. à radice سبيل Expandit, diffu-
 dit, redundavit. Gigg.]
 (c) خواقين [Pluralis est à sing. خاقان Vide notas ad sequentem epistolam. lit. c.]
 (d) النصرانية [Fœmininum est à نصراني Christianus, in plurali نصاري Nazareni:
 i. e. Christiani in oriente sic dicti à patria Christi ناصرة Nazareth.]
 (e) حسي [Acris, Fervens; vel etiam Turans; Radix utramque significationem admittit.]
 (f) ثغور [Propriè sunt fines inter angustos montes hostibus vicini. Græco vocabulo Py-
 las; Latine Fauces rectiùs vocabis.]
 (g) عيسوي [q. d. Iesuanus; de qua voce vide notas ad præcedentem epistolam. lit. i.]
 (h) ناشر [Participium est à verbo نشر, quod significat Explicuit, & quidem ita, ut res
 diversas segregaret. Nos arbitri significationem optime quadrare putavimus.]
 (i) الانفس [Propriè Anima, & intelliguntur homines indistinctè, quos & nos Seclerè
 vocamus; vulgato vocabulo reddidimus personas, rectiùs Individua, secundum Vossium.]
 (k) الاسلامية [Islamicas (animas). Muhammedani intelliguntur, quorum plenæ sunt illæ
 regiones. Nam الدين الاسلامي Religio Islamismi, & simpliciter اسلام Islamismus est Religio Mu-
 hammedana, المسلم Muhammedanus, q. d. Deo deditus à verbo اسلم submitit se providentiæ Divi-
 na, live seq. res suas Deo commisit. Plura vide in Additionibus ad hanc Epistolam. v. 4.]

- monæ: (l) *Sultanus*, Filius Sultani, *Sultanus* ADJAM-SAGEDUS, (m) filius *Sultani* AELAF-SAGEDI. (n)
- 7 Derivet super nos Deus partem felicitatis, quæ illi peculiariter attributa est: & constituat nos gentem dilectionis suæ: & distribuatur nobis de rebus præclaris & laudatis & beneficiis magnificis, & aptos nos reddat ad dignitatem famulatus sui, & avertat à nobis Deus machinationes Regum, cum stolidè sese opponunt commodis ejus. Prolonget Deus prosperitatem ejus, & roboret Deus adjuutores ejus. *Amen.*
- 10 Tandem dirigo salutationem nitidiorum horto florifero, & nobiliorem splendore Solis & Lunæ plenæ.
- 11 Dudum spiravit odor fragrans ejus, & evidens facta est nobis præstantia ejus, & propensio ad gloriam, nobilissimi Sultanorum *Vallandez* (q) & *Hollandorum*: & maximi Regis regum (s) regionis *Batavia*, & Generalis *JAN*, qui rectè ordinat res agendas: qui procul abest à cognatis suis, ob virtutes actionum suarum. (seu *virtuosas actiones*) Colligens omnis generis contumaces suos sub obedientiam. Et prosternunt se coram eo (nationes) è tractibus quatuor angularibus maris & terræ: neque refragatur dictis ejus quisquam ex hominibus (i. e. subjectis) ejus.
- 14 Prolonget Deus beatitudinem ejus: & nobilitet splendorem ejus, & extollat candelabrum ejus.

السُلطان بن السُلطان السُلطان
 اديام سجد بن السُلطان الاف سجد
 اعاد الله علينا من احظ المخصوص
 به وجعلنا من اهل وده وقسم لنا من
 هذ الكرام الحميده والايادي
 الحميده ووفقنا على التقيام بالخدمه
 وكفانا الله شر الملوك انا باله
 لنعمة ادم الله دولته واعز الله
 انتصاره امين *

غيب اهدي سلام ازهي من رياض
 الزهور وأشرف من ضياء (o) الشمس
 والبدور قد نفاكت نوافحه
 وانضكت منا بهجة ومعارجه لدي
 افتخار أشرف سلاطين (p) ولنديز
 وهولان (r) واعظم ملك ملوك بلاد
 البطاوي وجندرال يان (t) النايب
 بالامور الذي غاب عن الاسلاف من
 محامد الفعليه الجامع بين
 الاجناس والانواع الصعابيه من
 الطاعة وسجد له من الجهات الاربع
 الركنيه في البكر والبريه ولا يخالف
 مقاله من الانسيه
 ادم الله سعاده واشرف شمسه (u)
 واعلي مناره (x)

(l) De stirpe hac *Davidica & Salomonæ* egimus in *Historia nostra*; Vide *additiones*. §. 6.
 (m) Æthiopicum est Ἀ.Ρ.Ρ.Ϟ: ἰῆ.Ρ.: *Finitum* [regni] *venerabilis*. Plura habes in *additionibus* hoc loco.

(n) De hoc nomine ejusq; significatione differuimus in *notis* ad præcedentem epistolam *lit. e.*

(o) Pluralia sunt à singul. الشمس *Sol*, & بدر *Luna plena*. Pluralis adhibetur Arabicè, quasi ex multis compositum esset unum corpus: vel in uno plures *Soles & Lunæ* darentur.

(p) *Sultanum* jam vocat *supremum* *Batavorum* in *India præfectum*, qui in præcedente epistola §. 7. *Capitaneus* vocabatur. tam ignari sunt conditionis illius.

(q) *Walandez*] i. e. *Olandezes* *Hollandi*; secundum *Lusitanorum* prononciationem. Hi enim Ⓞ Æthiopicum expriment per Ⓞ, ut cum pro ⓄⓂⓂ: Æthiopiæ regno, dicunt *Olandezes*. Sic vice versa Æthiopes Ⓞ Lusitanorum exprimentum putaverunt per W. quod proximè ad Anglicum W. accedit. (r) وهو لان *Et Hollan.*] procul dubio *Hollandiam* intelligunt, *Olandezes & Hollandos* differre opinantes.

(s) Non mirum, ut *Nobilissimus Sultanorum* etiam *Rex Regum* vocetur. *Dn. Magister Morad* Regem suum, ejusque *Secretarium* de conditione & statu illustri istius Viri melius edocere debebat. (t) *General Jan*] sonat Arabicum. adeò neque nomen neque titulum *Summi Batavorum in India præfecti* rectè sciverunt; aliàs *Secretarius Arabs* nomen *Jan* Arabicè expressisset *يوحنا* *Johannes*.

(u) Arabicum الشمس *Sol*. Meton. Efficientis pro effectu. *Splendor*. (x) *Candelabrum*. Metaph. pro dignitate seu officio ut *Apoc.* 2, 5.

Ad Gubernatorem generalem Batavorum. 15

- 15 *Prolonget* insignia ejus beneficia, & virtutes præclarissimas, & perennet ductum negotiorum necessariorum, per signa clara, & argumenta probantia, cum permanente felicitate insignium & generosorum legionum ejus, defendentium (sc. patriam contra hostes.)
- 16 *Prolonget* in illo ipso statuta patrum ejus & avorum.
- 17 Porro, siquidem laudes tuæ in clytæ, & prærogativæ tuæ numerosæ nos adegerunt ad scribendum tibi in hisce foliis, & ad alloquendum te, quantum suavem reddere potuit sermonem scriba; Simul ut investigaremus de statu tuo, & quid in illo contigerit boni, & emineat in illo de donis naturæ.
- 19 Quandoquidem verò memoria Legatorum & munerum à patribus & avis (*descendat*) ideò ista consuetudo antiqua & regula firma in aliis seculis & temporibus, vocavit nos ad incitamentum, quod
- 20 non fallat: neque permixta fit claritudo ejus obscuritate, & . . . Ut autem incitamentum istud fiat ab utroque latere, & averruncetur interstitiū inter utrumq; ,
- 21 ecce misimus tibi per modum muneris quinque equos generosissimos, & viginti servos, & duos struthiocamelos conjunctim
- 22 unà cum Magistro MORAD, neque hoc (*despicias*) Et tu [es] optimus viæ in ordine ad cum præ reliquis itineribus. . .

Cetera desiderantur.

وَأَسَام فَوَاضِلُهُ وَفَضَائِلُهُ وَأَبْدَ هَدَايَةِ
أَحْجَاجَاتٍ بِأَعْلَامٍ مَعْرُوفَةٍ وَوَلَايِلَةٍ مَعَ
بِقَاءِ دَوْلَتِهِ السَّامِيَّةِ وَكَرْمَاءِ
(y) عَسَاكِرِهِ الْهَامِيَّةِ
وَأَسَام بِيُوجُوهُ (z) رِسُومِ أَبَايَةِ وَأَجْدَادِ
وَبَعْدَ فَنِّ أَوْصَافِكِ الْحَمِيدَةِ وَمَزَايَاكِ
الْعَدِيدَةِ بَعَثْنَا إِلَيْكَ مَكَاتِبَتِكَ فِي هَذِهِ
الْأَوْرَاقِ وَمَخَاطِبَتِكَ بِمَا عَذِبَ مِنْ
الْكَلَامِ وَرَاقٍ (a) وَعَنْ التَّنْفِخِصِ عَنْ
أَحْوَالِكِ (b) وَمَا حَوْلَتْ بِهِ مِنْ التَّنْعَمِ
وَجَلَّتْ عَلَيْهِ مِنْ مَحَاسِنِ الشَّيْمِ
وَلِمَا كَانَ مِنْ التَّنْذِكَارِ وَارْسَالِ (c)
وَالنَّهَاءِ مِنْ الْآبَاءِ وَالْأَجْدَادِ وَنَالِكِ
عَادَةِ قَدِيمٍ وَقَانُونِ مَسْتَقِيمٍ فِي
سَائِرِ الدُّهُورِ وَالْإِزْمَانِ دَعَانَا الَّتِي
اسْتَجْلَابَ الذِّي لَا يَعْتَرِبُهُ وَلَا
يَشُوبُ صَفَاءَهُ كَدْرَ لَعْدِ ذَلِكَ
الْاسْتَجْلَابِ يَكُونُ مِنَ الْجَانِبِينَ
وَيَزُولُ الْهَجَابُ مِنَ الْبَيْنِ هَذَا قَدْ
أَرْسَلْنَا لَكَ عَلَيَّ سَبِيلَ الْهَدِيَّةِ خَمْسَ
خَيُْولٍ مِنَ النُّجَابِ وَعِشْرِينَ رُوسًا مِنْ
الرَّقِيقِ (d) وَنَعَامِينَ صَحْبَةَ حَوَاجَةِ
(e) مَرَاةٍ وَلَا فِي ذَلِكَ فَاتَتْ أَحْسَنَ
طَرِيقٍ بِسَلْكِ الْيَدِ مِنْهُ مِنْ سَائِرِ
السَّالِكِ (f)

(y) Pluralis est à singulari عسكر Asker Exercitus, Legio, hinc Turcis Ser-asker, Seraffe fieri/est Dux exercitus, nobis vulgò General Lieutenant.

(z) [بِوَجُوهُ] Ad verbum *in existentia ejus*, hoc est: *In illo ipso*, In seiner Person.

(a) [وَرَاقٍ Warrakon,] Scriba. كَاتِبٌ aliàs. Sed autor epistolæ illo vocabulo uti voluit, quia paulò ante præcesserat أَوْرَاقٍ Aurak Folia. Amant enim Arabes *Ομοίωτα*, *παρομοιωσις*, & *Ομοιότητες*. Quibus scætet *Alcoranus*, & quorum aliquam multa etiam in hisce epistolis reperiuntur.

(b) [أَحْوَالٍ] Pluralis quidem est, sed Latine reddi oportebat in singulari, qui Arabicè est *حال*. (c) [أَرْسَالٍ Arsâl. Legatorum] Pluralis aliàs parum usitatus; Etenim à رسول Legatus, Missus communiter formatur رسل Roslon & رسول Roslon, Legati, Apostoli, unde Arsâl istud derivatum videtur. Confer in additionibus *ص. 12*. صَعَابُونَ.

(d) [رُوسٍ مِنَ الرَّقِيقِ] Ad verbum, *Capita è mancipiis*; quasi diceret, *Individua mancipiorum*, pleonasticè. Hi servi ex *Enarea*, *Afella*, *Shankala* & *Kompella* oriundi fuerunt, ut in Relatione sequente dicitur. (e) [خَوَاجَةِ Chovvagia] Sic legendum est secundum puncta in Golio expressa; Belgæ modo *Godsja* modo *Choggia* scribunt. (f) Finalia ista verba

in sensu: & epistola exitu caret; ita sine die & Consule, sine subscriptione & indicio sigilli ad nos missa.

ψ. 4. *Muhammedani* semet *مسلمون* *Muslimuna* appellant, & ab aliis sic appellari gestiunt. Vulgò *Musulmanni* *Muselmann*. Richardus in *confutatione Legis Saracenicæ* cap. 6. pag. 108. tradit: *Saracenos* vocari *Μεσαλαμιν* *Mesalamin* idque idem esse ac *σεσωμενως* *Salvatos*. Qui enim mandata *Mahometis* susceperint, non interemptos nec spoliatos, sed servatos fuisse. Quæ vana sunt, tam ab usu & significatione hujus vocabuli, quam ab historica veritate aliena.

Nam vocabula *اسلام* & *مسلمون* *Islam* & *Muslimon* statim à primordio detestandæ istius sectæ, ambigua adhuc impostoris *Muhammedis* fortunâ, audita fuerunt. Occurrunt in primis foliis *Alcorani*: & in primo capite *Historiæ Saracenicæ* *Elmacini*; ubi legitur: *صلى الله على النبي محمد* vocavit (homines) ad *Islamismum*: mox anno quinto ejus factionis *بأسلامه* *Confirmavit Muslimannos in Islamismo suo*. Quomodo autem imposturæ suæ initio salves & incolumes prædicare potuisset affectas suos, *Muhammedes*, quamdiu ille ipse cum tot adversariis, *Coreishitis* scil. & aliis pluribus, colluctaretur? qui eum fugere coegerunt *Medinam*. Quomodo salvatos vocaret socios suos, cum ille ipse nondum salvus esset? Neque revera dici potest, quod illi soli servati fuerint, reliqui verò perdit; cum etiam, dato *securitatis libello*, servaret *Judeos* & *Christianos*, qui illi fidem præstarent, & soluto tributo pacificè viverent. De qua re, vide d. *Histor. Saracenicam* *Elmacini* cap. 1. pag. 3. Nam inter arcana imperii ejus erat *elementia*, novis imperiis utilissima, imò necessaria, erga eos, qui se quietè submitterent, & socios non oppugnarent. Sic enim *Abulfaragius* de *Origine & moribus Arabum* à *Pocokio* editus, p. 12. *وعهد الله إلى المسلمين أن لا يقتلوا إلا من قاتلهم* Et serio commendavit *Muslimis*, ne quenquam occiderent, nisi qui eos oppugnaret, &c. Falsum igitur est, quod *Muslimos* solos servaverit, reliquos verò interemerit & spoliaverit. Neque verisimile videtur, *Muhammedem* suis solis *σεσωμενων* nomen dedisse, quamdiu ille ipse cum fortuna conflictaretur: cæteris verò non refragantibus securitatem tribueret. Quin potius videri voluit *hypocrita* ille, quod *Deum* unice coleret; atque illi seq. *fortunasq. suas omnes committeret*. Eos ergo, qui idem facerent, *Muslimorum* nomine insigniebat. Imò semet *أول المسلمين* *primum Muslimorum* vocavit. *Alcor. Sur. 6.* *Hottingerus* in *Historia sua Orientali* *Lib. 1. cap. 1. §. 6.* expositionem illam *σεσωμενων* doctissime refutat, ut mirum sit, *Richardo* accedere posse, qui illum legerit. Nam etsi *Golius* *IV. Conjugationem* *اسلم* etiam reddat *Salutem, pacem & incolumitatem ingressus fuit*, sine autoritate, & contra genium linguæ, naturamque hujus conjugationis: præmittit tamen etiam veram & genuinam significationem: *Commisit res suas Deo, vel secundum Erpenium: Omnem fiduciam suam in Deo collocavit*. Quæ affectata *Pseudoprophetæ* pietas, & genuina significatio hujus verbi ejusque derivatorum est.

ψ. 6. Quod *Reges Ethiopiæ* genus suum à *Salomone* *Israelitarum* Rege derivent, & propterea sese *Ἰσραηλῖται: Ἰσραηλῶντες*: *Reges Israeliticos* vocent, docuimus in *Historia nostra Ethiopica* *Lib. II. c. 3. per tot.* Etenim *Historici Arabes*, & pariter cum illis *Ethiopes* ferunt, *Salomonem* *Reginam Austri* sive *Sabeam*, quam *Arabes* *Belkis*: *Ethiopes* *Makedam* vocant, legitimo matrimonio (*Polygamiâ* tunc licitâ) sibi junxisse: atque ex ea filium *Menilebecum* cognomento *Ἰβν-Elbakim*, *Filium Sapientis* suscepisse. d. cap. §. 20. *Ibid.* *ADJAM-SAGED* Cognomentum regium est, à castrensibus, cum inauguraretur *Rex*, acclamatum. *Equipollet* cognomento *Claudii* *Ἰσραηλῶντες: Ἰσραηλῶντες*: *Ad fines* (orbis vel regni) *venerandus*. De quo in *Commentario nostro* *Lib. II. N. VIII. p. 224.* In relatione nupera reperi huic cognomento præmissum nomen *Jaso* (olim *Jasok*; malè, ut puto) quod *nomen Baptismatis* esse arbitror; forte *Ἰ. Π. Π. Ἰ.*: *Josua*.

ψ. 21. *Chowagia*] *Titulus honoris* nominibus virorum honoratiorum (*Doctorum* & *Magistrorum* ait *Golius*) præmitti solitus; q. d. *Signor Morad*. Nobis *Dominus* vel *Magister Morad*. Procul dubio hunc titulum secum ex *Persia* attulit. Reperi eum aliàs nomini alicujus *Armenii* præmissum.

Vocabula quædam difficiliora hujus epistolæ.

ψ. 7. *الايادي* *Beneficia*] *Pluralis* secundus à primo *أيد* qui est à singulari *يد* quod non tantum *manum*, sed sexcenta alia significat; à verbo *يادي* *Bene meritus fuit*, &c.

ψ. 10. *عقب*] *Verbum* multiplicis significationis, inter alia *ad finem pervenit res*. Nomen *عقب* *successum* vel *exitum rei* denotat. *Belgica* versio *Ten anderen maele*, &c. *Secunda* vice; sed nunquam antea *Rex* hîc societatem salutaverat. Nos *Tandem* reddidimus.

ψ. 11. *نوافسه*] *Pluralis* est; cujus singularis *نافح* in *Lexicis* non reperitur. *Equipollet* voci *نفسه* *Fragrantia*. *Met.* *Bona fama*. *بفسه* Malè scripta erat hæc vox in apographo nostro. Correxit & exposuit eam nobis *Vir in not. ad primam Epist.* *Lit. i.* laudatus.

عرجة aliàs *Gradus*. At hîc est pluralis ab *عرجة* *Inclinatio, propensio*, secundæ conjugat. significatione.

ψ. 12. *الصعادية*] *Secundus pluralis* à primo *صعاب* (conf. *lit. c.* & ψ. 7.) à verbo *صعب* *Consumax, Inobediens fuit*. Opponitur hîc *عاطية* *Obedientia*.

Plura in sequente epistola exponuntur.

EPIST.

EPISTOLA TERTIA RESPONSORIA,
GUBERNATORIS GENERA-
LIS BATAVORUM,
AD REGEM ÆTHIOPIÆ ADJAM-SAGEDUM
ex India Anno 1691. missa.

<p>1 Perveniat epistola [hæc] ad Regem generosum, & Sultanum magnum, & Dominatorem clementem, & Principem magnificentum, opulentissimum; 2 cujus lumina gloriæ & splendoris ful- gent super faciem terræ, ac in longitudine & latitudine temperatur fortitudo ejus 3 cum justitia ejus. [Qui est] Imperator variarum nationum, de tribubus Habessi- nicis: Defensor acris finium Iesuanorum. 4 Custos præceptorum Evangelicorum: Ar- biter æquus inter personas Christianas & Islamicas: rectâ scopum feriens judi- 5 cio verborum gratissimorum. Indu- tus loricâ Davidicâ: intinctus in aqua baptismali: formidabilis, perfectus, opti- 6 mus, & decorus. Progenies Sul-</p>	<p>(a) تصدير الكتاب الى الملك (b) الكريم والسultan العظيم (c) والخاقان (d) الحكيم (e) والهام العظيم الواقر العظيم الذي (f) نلالا على وجه الارض انوار فخرة وبهاية ونشعشع في الطول العرض عزة وعدله سالكي رقاب الامم من الغبايل الحبشية وحامي حبي الثغور (g) العيسوية حافظ وصايا الانجيلية الناشر بالعدل بين الانفس النصرانية والاسلامية الصائب باحكام اقوال الموضعية اللابس من روع الداودية المنغمس في الماء (h) المعهوية نو الهيبية والكمال والحسن والجمال سلالة السلا طين</p>
--	---

Nota ad tertiam hanc Epistolam.

(a) تصدير [Vocabulum hoc in prima epistola construebatür cum *من* A, ab, ex, & reddendum erat: *Provenit, promanavit*: hîc verò construitur cum *الى* ad; Igitur reddendum est: *Perveniat. Adveniat.*

(b) كريم [Πολύσημος hæc vox est, & exponi potest de eo, qui *facilis* est tam in *donandis beneficiis*, quam *condonandis delictis*. Nos maluimus reddere *Generosum*. Nam in radice كرم significatio ista *Generosus, Nobilis, indole & honore præcipuus fuit*; præpollet. Si quis tamen *Clementissimum* reddere malit, non refragabimur.

(c) خاقان [Titulus est *supremorum Principum*; specialiter *Imperatoris Turcarum*, quo respectu etiam *Imperator*, ut hodie de magnis regibus dicitur, hîc reddi potuisset. Pluralem habuimus in secunda epistola *ψ. 2.*

(d) حكيم [*Benignus* in Lexicis vulgò redditur; Nos *Clementem* reddidimus, quod epitheton nostrorum Principum est.

(e) هام [Pluralis quidem est, *singulariter* tamen usurpatur, ut notat Golius. Aliàs singularis est *هامة* quæ vox inter alia *Principem gentis*, secundum Giggæum, & *caput tribus* seu *familia* denotat. (f) نلالا [Verbum quadrilaterum, aliàs rarum. نلالا in Conj. V. *Splendere, Fulgere* significat. (g) عيسوية [Hanc vocem in prima epistola malè scriptam, hîc emendavimus. Nota passim *adjectivum Fœmininum* singularis numeri, quod modo planè singulari, secundum Syntaxin Arabicam, *cum plurali non humano* construitur. Cæterum repetuntur hîc omnia epitheta honoris, quæ Rex in præcedente epistola à Secretario suo sibi met dari passus est, quorum pleraque in notis exponemus. (h) المعهوية [*Fœdere* vel *testamento firmata*. Sed quia illud mendis scætet, maluimus emendare, quia significatio *Baptismi* magis appositâ est.

† D

18 Epistola Responsoria Gubernat. Batavor.

- tandorum originis Davidica. Sultanus, Filius* طين (i) النسبي الداوي السلطان
Sultani; Sultanus ADJAM-SAGED, Fili- ابن السلطان السلطان ايام سجد
7 us Sultani AELAF-SAGED. Dilatet Deus ابن السلطان الاف سجد مد الله
celssimus stirpem (hanc) excelsam, & تعالي اصل تعالي وطرح الله تعالي
longè extendat Deus celssimus securi- الامن والامن عليه وعلي اهل دولته
tatem & tranquillitatem super illum & وعزيتة في كل الاحيان والازمان
super populum Imperii & gentis ejus, in وحرم بسيف المسلول جميع اعدايه
8 omnibus temporibus & ævis. Devo- واعداك دينه وجعلهم تحت سيفه
veat (anathematizet) gladio evagina- وقهره وسهل عليه وعلي اهل دولته
to omnes hostes ejus, & inimicos reli- وعزيتة كل خير وعافية وسلامة
9 gionis ejus; & ponat eos sub gladium وكفاه شر البلوك ان توجهوا عليه
ejus & victoriam ejus: & facile reddat بنعمة اللهم اجمل شرهم تحت اقدامهم
super eum & super populum imperii & يا رب العالمين امين (k) اما بعد
gentis ejus omne bonum, & incolumi- فقد وصل الينا مشر قلم الكريم
9 tatem & pacem. Et avertat ab eo المغابل بالعز والتعظيم في يد خامكم
machinationes Regum, cum sese op- الصديق الوفي بالامانة (l) والمران (m)
10 posuerint illi vindictæ ergo. O Deus! الخواجة مران الارمني وكان وصوله
Redige malitiam eorum sub pedes eo- الي بلاسة بتاوي في تاريخ ميلان
rum. O Domine Creaturarum! Amen. المسيح (n) عليه السلام واحد الف وست
11 Posthæc pervenit ad nos nuncius calami مائة وواحد وتسعين في شهر الخامس
honorati, acceptus [à nobis] cum deco- يوم ست عشر منه فلما قرناه وتكفنا
re & magnificentia, per manum Mini- مكنونه (p) وفهم ما فيه من الاشارة
12 stri vestri veracis, integerrimi in fidelita- وحل ما فيه من العبارة فكينيد شكرنا
te, & expetiti, Magistri MORAD, Arme- الله تعالي ظاهرا وباطنا وسرا
11 iii. Et factus est adventus ejus ad
urbem Bataviam in computo nativitatis
Christi, (super quo sit pax) millesimo, sex-
centesimo uno & nonagesimo, in mense
quinto (o) [Majo] die sexto decimo illius.
12 Et postquam excepimus eum, certiores
facti sumus de negotio illi commisso, &
exposuit [nobis] mandatum de eo,
13 ejusque contentis. Tunc gratias egi-
mus Deo celssimo manifestè & occultè,

(i) الحسبي] Est in apographo; sed nos secundum antecedentem epistolam versu 6. emendandum & exponendum putavimus.

(k) اما بعد فقد] Particulæ sunt merè pleonastica. Sic post exordium novam periodum in epistolis suis exordiri solent. q. d. *Posthæc jam, Nunc. Præterito præmitti amat, q. d. Posthæc jam, &c. Demnach nun so ist/zt.*

(l) المران *Elmurad*] Allusio quodammodo coacta hoc vocabulo fit ad sequens nomen proprium MORAD. Participium passivum est, quartæ conjugationis اران *Voluit, Expetivit. q. d. Expetitum, ad hanc scil. Legationem.*

(m) الخواجة *Elchovvagia*] Articulus *El* clarè demonstrat non nomen proprium, sed appellativum esse, de quo egimus in additionibus ad Epistolam secundam §. 21.

(n) عليه السلام *Super quo sit pax*] Hoc quidem Musulmanni de Patriarchis, *Adamo, Abrahamo, Mose,* ipsoque *Christo,* cum eum nominant, *bonæ, vel piæ memorie* causa addere solent, uti prisca nostri: *Anima ejus requiescat in pace.* An autem *Christianos* idem de Servatore suo imitari deceat, dubito, cum potius dicendum sit, *لا سبكان* vel *لا سجد* *Laus vel gloria illi sit.*

(o) *Mense quinto*] i. e. *Majo,* cujus die *xvii.* Legatus iste *Batavia* exceptus fuit; ut ex *Diario Societatis* constat. Sicuti autem *menses Lunares* instabiles Latine reddi non possunt: ita nec nostri stabiles Arabicè, propterea *Majum* mensem quintum vocare necesse erat.

(p) فهم] In secunda Conjugatione per *Teshdid* legendum, *Intelligere fecit, significavit, à فهم intellexit.*

- clam & palam, quòd posuerit vos *Deus celsissimus* in æqualitate sanitatis & pacis. Ista (est) eximia bonitas *Dei celsissimi*.
- 14 Et advenerunt *munera* quorum meministis (pro) nobis, in epistola vestra. Nimirum; *quinque equi generosissimi: & viginti capita mancipiorum, & duo struthiocameli*. Accepimus illa bono animo & sincero corde, optimâ acceptione, & lætati sumus in eo summoperè & extremè, quòd posuerit *Deus celsissimus* inter nos & inter vos amorem, & mutuam conso- ciationem, continuatam à patribus &
- 16 avis. De muneribus præmemoratis *unus pulcher equus, & octo capita mancipio- rum, & Struthiocameli* (servet [*Deus*] ca- put vestrum) mortui sunt in via: at re- spectu nostri venerunt integrè ad nos,
- 17 *Laus sit Deo*. Et nos cognovimus amo- rem vestrum nobiscum; ideò mandavi- mus magnis & parvis, idque significavi- mus eis. Et accepimus *epistolam* cum *Legato*, decenter & magnificè, (z) secun- dum consuetudinem *Regum & Sultano-*
- 19 *rum*. Et postquam retulit *Magister Mo-* RAD sufficienter expositionem rerum nunciandarum & petiit à nobis veniam reditus ad Majestatem ve- stram celsissimam. Itaque nos reduxi- museum securè in navi nostra ad portum *Suratta*, & misimus per manum ejus hanc
- وعلانية حيث جعلكم الله تعالى في (q) مهد الصحة والسلام ذلك الغضل من الله تعالى (r) ووصلة الهدايا على ما ذكرتم لنا في مکتوبکم (s) في خمسة من الخيول (t) النجايب وعشرون روس رقيق واثنتين من النعائم فقبلنا ذلك بطيب نفس واحلاص قلب باحسن القبول وفرحنا بذلك غاية ونهاية (n) حيث جعل الله تعالى بيننا وبينكم من المحبة والمواصلة (x) مسلسلة من الالباء (y) والجدود من الهدايا المذكورة واحد حصان وثمانية روس رقيق والنعائم يسلم راسکم ماتوا في الطريق وفي خاطرنا وصل بالتمام اليها الحمد لله فنحن عرفنا مکتوبکم معنا فكان امرنا الاكابر والرعية وعرفناهم واستقبلنا المکتوب مع الرسول بالعز والتعظيم علي عادت الملوك والسلاطين (a) وعلي لسان الخواجة مراد كفاية في نشر الاخبار وحال الخوير طلب منا الرخصة بالرجوع الي حضرتکم العلية فنحن روحناه في مركبنا الي (b) بندر سرة وارسلنا في يده هذا المکتوب

(q) [مهد] Æqualitas. Sic exponendum putavimus, aliter ac in Lexicis reperitur; Re- spicientes thema مهد Æqualiter expandit.

(r) [وصلة] Nomen pro verbo positum, nisi corrigere malis و صلت nam tertiam per- sonam fœminini cum plurali non humano Arabicè construi, supra lit. g. diximus.

(s) [في] Illa. Hic rursus est fœmininum singulare, cum tamen præcedat nomen plurale. Sic Arabica Syntaxis ferè tota est figurata.

(t) [نجايب] Pluralis est à singulari نخيبة. De jumentis præstantissimis, veluti Ca- melis, equis, &c. usurpatur.

(u) [حيث] Communiter significat, ubi, Quatenus. Sed hic sæpe ponitur pro quod.

(x) [مسلسلة] Propriè est concatenatus à سلسلة Catena. Antequam mortis mentio fiat, Secretarius Arabs, avertendo malo omni, addere voluit hæc verba salutaria: Servet te *Deus*. (y) [الجدود] à Sing. جد Avus tam paternus, quàm maternus. Triplicem pluralem habet, præter hunc جدود & اجداد. (z) Repetuntur hic quæ jam ante §. 10. dicta sunt: Vel aliquid perperam scriptum est, ut sensum perfectè assequi non possimus.

(a) [علي لسان] Ad verbum: Secundum linguam, i. e. postquam retulit. (b) بندر Por- tus] Perficium est, Arab. مرسى at illud non tantum portum sed & Emporium significat, ubi vecti- galia solvi solent, tale est *Suratta* ad *Indum* flumen sita, magno *Indorum Regi* subjecta, commercii variarum nationum celeberrima.

20 Epistola Responsoria Gubernat. Batavor.

- epistolam responsoriam ad Sultanum (prolonget Deus (c) excelsus)*
- 21 Et rogantes, ne obliviscamini nostri quoad amicitiam, societatem & fraternitatem. Sicut cum patribus & avibus vestris fit [ea] perpetua, nec abrumpatur, quamdiu duraverit Sol & Luna, fit societas in patribus, radice in filiis, per exuberantem bonitatem Dei & honorem
- 22 ejus. Et id quod exhibetur *Majestati vestrae (roboret eam Deus celsissimus) [utique nos] missimus ad latus vestrum aliquid de muneribus, ne sit folium hoc vacuum. [Ea sunt]*
- 23 *Panni rubri duo fascēs.*
Panni viridis duo fascēs.
Rassa rubra quatuor fascēs.
Rassa viridis quatuor fascēs.
- Fascis xylinea tela rubra Hollandica, longitudine quatuor & viginti cubitorum Hollandicorum.*
- 24 *Vestis Sinensis serica duo & viginti fascēs; Videlicet:*
- Rubra quinque fascēs:*
Gossypina quatuor fascēs:
Ejusd. intertexta argento quatuor fascēs.
Vndulata quinque fascēs.
Crocei coloris tres fascēs.
Ejusdem unus fascis coloris musci.
- جوابا للسلطان اداام (c) الله تعالى
 (d) والمسول ان لا ننسونا
 من الصكبة والصكبة والاخوة مثل
 اباؤكم واجدادكم تكون بايم
 ما تنقطع ما زالت الشمس والقمر
 تكون صكبة في (e) الاباصله في
 الابناء بفضل الله وكرمه والمعروض
 في حضرتكم اعزها الله تعالى انا
 ارسلنا الي جانبكم شيء من الهدايا
 لا تكون (f) الورقة خالية
 (g) قماش جوخ احمر (h) طاقين
 جوخ اخضر طاقين
 (i) فتوة احمر اربع طاقات
 (k) فتوة اخضر اربع طاقات
 نسل بغت احمر (l) ولنديز طول
 اربعة وعشرون نراع ولنديز
 قماش (m) شينة حريبي اثنان
 وعشرون طاقات
 منهن احمر خمس طاقات
 ومنهن (n) قطني اربع طاقات
 ومنهن بالقصب الفضة اربع طاقات
 ومنهن ماوي خمس طاقات
 ومنهن اصغر ثلاثة طاقات
 ومنهن واحد طاقة ونكي مسكي

(c) *Prolonget Deus*] hinc deest nomen *Dies ejus*, vel tale quid.
 (d) *Mendola* procul dubio vox, & sensus hiulus; *petitionem* scribendum puto, vel *Petitiones*. Nomen pro verbo ut in *Et rogamus*. Vide *Epist. r. not. a.* (e) *Discriminanda* videtur ista vox *اباء* *Patres* & *Radix ejus*. Nomen pro verbo, ut paulo ante, sicut est in versione.
 (f) *Folium unum*. Nomen unitatis, quod Arabes *Vicis* vocant, à *Folium*, cujus pluralem habuimus in precedente epistola. §. 17. (g) *Amharicum* *ΦΑΝ*: omnis generis vestem seu telam tam laneam, quam sericam vulgò significare, Gregorius *Aethiops* me docuit. Est igitur genus & *جوخ* species q. d. vestis lanea *Tuch. Laecken* Belgis. quamvis & *قماش* pro *Panno* in specie accipiatur. *جوخ*. Persicum est; malè in Protographo nostro *خوخ*. (h) *Dualis* est à *طاق* Pluralem mox habebis. Persicum esse dicit *Golius*, & speciem vestis, pannive exponit; cum sit volumen, seu potius fascis integer. Vulgò ein *Stück* / une piece. (i) *In Lexicis* nuspiam apparet. Belgicè expositum est, *Kroonrasen*, Germ. *Kronrasch*. (k) *De his* vocibus differemus infra inter voces difficiliore. (l) *Hollandicus*. De hac voce vide notas ad precedentem epistolam *lit. q.* (m) *Sinensis*, seu *Chinensis*, quod cum Anglis & Hispanis legendum *Tschinensis*, hi enim scribunt per *Ch*, nobis *Tsch*. (n) *Adjectivum* à *Kotton* *Gossypium*. Ital. & Gall. *Cotrone*. Belg. *Cattoen*. *Baumwöllingzeug*.

- 25 Et *holoserici Persici sex fascēs*; nempe:
Rubri tres fascēs.
 Et ejusdem *viridis tres fascēs.*
Tegumentum rubrum sericum, fimbria-
 tum filis aureis.
- 26 *Duo specula*, continacula eorum ex
 ebena, longitudine & latitudine unum-
 quodque ex illis cubiti Hollandici, cum
 dimidio.
- 27 *Dua campana, facta ex quinque metallis.*
 Pondus unius est octingentarum, unius
 & quadraginta librarum Hollandica-
 rum: & alterius pondus, ducentarum
 septem & quadraginta librarum Hol-
 landicarum.
- 28 *Mille lateres cocti variegati.*
Quatuor bombardæ . . ornatae auro.
Dua bombardæ pulchræ duplices.
*Quatuor paria (u) sclopetorum parvo-
 rum, ornata auro.*
Duo paria sclopetorum parvorum dupliciū.
Quatuor (x) bombardæ graves, ornatae auro.
- 29 *Enses duarum acierū [i.e. (y) ancipites]
 decem.*
Ducenti silices sclopetorum.
Peræ sclopetariae duodecim.
*Instrumenta fundendi plumbi sex. Ducen-
 ta, quatuor & quadraginta pondo Hollandica
 caryophyllorum.*
- (o) فحكا ايراني ست طاقات
 منهن احمر ثلاث طاقات
 ومنهن اخضر ثلاث طاقات
 مظلة احمر حويري مكيطية (p) بقصب
 الذهب
 مرايتان حواشيهن ابنوس عرض
 وطول كل واحد منهن ذراع ونصف
 ولنديز
 اثنتان ناقوس معمول من (q) المعدان
 الخمسة وزن واحد ثمان مائة وواحد
 واربعين (r) رطل ولنديز والثاني وزنه
 مايتان وسبعة واربعون رطل ولنديز
 الف اجور نقش
 اربعة (s) بناق بالقص مزينة بالذهب
 اثنتان بناق سلاح (t) مطبقة
 اربعة جوز بناق صغار مزينة
 بالذهب
 اثنتان جوز بناق صغار مطبقة
 اربعة بناق الخايلة مزينة بالذهب
 سيوف نو حدين عشرة
 مايتان حجار البنادق
 (z) وعدة البنادق اثنا عشر
 (a) مصب الكصاص ست مايتان
 واربعة واربعون رطل ولنديز قرنفل

(o) Procul dubio mendosè. Belgicè quidem exponitur: *Persiaense Glas weelen/Velours de Perse. Holofericum Persicum.* Sed hoc vocatur: قطيفة. Nescio ergo quid sit.

(p) Aut valde fallor, aut *fila aurea sunt contorta.* Des franges d'or, nobis, güldene Franzen. Nam *Contorsit capillos*, Gigg. habet.

(q) Propriè *معدن* est metallum, quatenus pro loco ubi metallum gignitur, seu *fodina*, accipitur. At hîc pluralis, pro *metallis ipsis*, ex quibus *campana* conflantur, adhibetur.

(r) *Retlon*, vel *Ritlon*. Inversum *λίτρα*. *Libra* duodecim uncias continens. In India, nî fallor, pronunciant *Rottel*.

(s) Plur. est, à Singul. *بناق* id secundum Golium est *Glans missilis*. At hîc est *tubus*, ex quo mittitur. *Musqueta*, ut puto, intelliguntur, alii *fistulas* vocant, nos *bombardas* reddimus.

(t) Sic emendandum pro *مصقة*; quod in apographo nostro reperitur. *Duplices*; nescio an *Doppelhafen* intelligantur.

(u) *Sclopetaria parva* Pistolets Gallis. *Pistola* procul dubio designantur. *Duplices* fortassis sunt artificiosæ, *duplicem tubum* seu *canalem* habentes.

(x) *Bombarda graves* Mousquetons/vel Carabynen/habet Versio Belgica.

(y) *Enses ancipites* Schlachtschwerter redditur in dicta versione.

(z) *عدة البنادق* Belgicè redditur *patroon-Taschen*/quod retinimus, donec melius erudiamur.

(a) *Formæ* intelliguntur, in quibus *plumbea glans* funditur & formatur.

22 Epistola Responsoria Gubernat. Batavor.

<p><i>Ducenta quatuor & quadraginta librae Hollandicae nucis myristicae.</i></p> <p>30 <i>Centum quatuor & quinquaginta librae Hollandicae (b) Macis.</i></p> <p><i>Ducenta & quadraginta librae Hollandicae Cinnamomi.</i></p> <p><i>Mille ducenta & quinquaginta librae Hollandicae piperis.</i></p> <p>31 <i>Cistula . . . sandali, firmata ar- gento, & in ea novem vascula Sinensia, ple- na oleis aromaticis. [Nempe]</i></p> <p><i>Oleum Cinnamomi; pondus ejus libra.</i></p> <p><i>Oleum Sandali; pondus ejus libra.</i></p> <p><i>Oleum Camphorae; pondus librae quatuor.</i></p> <p><i>Oleum nucis myristicae; pondus librae duae.</i></p> <p><i>Oleum macis; pondus ejus librae duae.</i></p> <p><i>Oleum caryophyllorum; pondus librae duae.</i></p> <p>32 <i>Et nos misimus haec praememorata [munera], ex bonis animabus nostris, & sinceris cordibus nostris, ad latus ve- strum potentissimum, & accipite id a no- bis bono animo, & benevolo corde.</i></p> <p>33 <i>Et omne praememoratum [dedimus] in manum famuli vestri Morad, & ille aptissimus (est) ad ministerium vestrum;</i></p>	<p>صايتان واربعة واربعون رطل ونديز جوز</p> <p>صايتان واربعة وخمسون رطل ونديز بيباس</p> <p>صايتان واربعون رطل ونديز دار حيسي</p> <p>الف و صايتان وخمسون رطل ونديز والف فانل</p> <p>صدوق (d) شه صندي مربوط بالفضة وقية تسعة (e) اوالي شيني صملوات من هدهن العطور</p> <p>عطر الدار حيسي وزنه رطل وعطر الصندل وزنه رطل وعطر الكافور وزنه رطل الاربوع وعطر الجوز وزنه (f) رطلين الاربوع وعطر البيباس وزنه رطلين الاربوع وعطر القرنفل وزنه رطلين</p> <p>ونحن ارسلنا هذا المذكور من طيب انفسنا واخلاص قلوبنا الي (g) جانبكم العزيز فاقبلوا منا بطيب نفس واخلاص قلب (h) منكم وجميع المذكور في يد خادمكم مراد وهو لايق لخدمتكم صاحب</p>
--	--

(b) *Macis*] Incommodè vocatur *cortex nucis moschatae*, cum sit potius *foliatura aromati-
ca*, circa putamen nucis myristicae, referens fibras circa putamen juglandis recentis. Hinc *Soelie*
Belgis. Germani cum primum viderent, pro floribus acceperunt, *Muskatblumen/Muskatbluthe*
vocantes. Sed Arabicum بيباس *Bisbason, Foeniculum*, corrigendum & بيبسة *Besbasaton, Ma-
cis*, scribendum; malè *arborem* exponit Giggæus.

(c) *Cinnamomum*. Communiter دار صيني *cus* diversae sunt speci-
es. Texeira Lib. I. cap. 35. p. m. 186. de Regibus Persiae scribit: *La canela de Seylan llamanle*
Persios y Arabes: Dar Chiny Seilani, &c. y la canela del mato llaman Kerfa. Hoc est: *Cinna-
momum* (genuinum) Persae & Arabes vocant *Cinnamomum Ceylanum* (ex insula *Taprobana*, vulgò
Ceylon): sylvestre verò vocant simpliciter قرفة *Aethiop. ΦC4T: cortex. دار* Golius inter
alia plurima, significare ait Persicè: *Lignosum & oblongius quid.* At نوسپيام *nuspian* exponitur.

(d) *Vitiosa sunt ista. صدوق* *Arca* scribendum, & صندل *Sandalum*, (prout paulò post rectè scribitur) *Lignum odoratum.* Quid verò شه hïc sibi velit, non
liquet. Mendosum mihi videtur pro خشب *Lignum.*

(e) *Est pluralis secundus à primo انبة, atque iste à singulari اناء Vas, vascu-
lum.* Intelliguntur autem hïc vascula Sinensia, quae nos *Porcellana* vocamus. Forrassis veterum
murrhina vel *murrhaea*.

(f) *Librae duae, quatuor.* Bis sic in apographo nostro. الاربوع *Quatuor*
per oscitantiam scribæ adjectum videtur.

(g) *Latus*] pro *celstudine* vel *Majestate* alibi non occurrit.

(h) *A vobis*] vacat, nec apparet, quò pertineat.

- 34 socius veritatis (verax), extremè & sum-
moperè. Et quod rogavistis *de nobis & re-*
ligione nostra, id oretenus famulus vester
sufficiens in ampla relatione, sicut audi-
vit & vidit, divulgabit in castris vestris
celissimis.
- 35 Istud scriptum est ex urbe *Batavia*, se-
de principali, sub *computo*
nativitatis Christi, super quo sit pax, mil-
lesimo sexcentesimo primo & nonagesimo;
mensis nono (n) [Septembri] *die secundo &*
vigesimo illius (scil. mensis.)

صدق غاية وبهاية وان سالتهم عنا وعن
ديننا فعلي لسان خاصكم (i) كفاية
(k) في نشر الاخبار كما سمع ونظر وهو
(l) يعرض في حضرةكم العلية
هذا التكرير من بلدة بتاوية دار
السلطنة تحت (m) الريح تاريخ ميلاد
المسيح عليه السلام واحد الف وست
ماية وواحد وتسعين في شهر التاسع
يوم اثنين وعشرين سنة

Subscriptio.

- 36 Istud subsignavit *Gubernator Generalis*,
cognominatus *Ioannes Camphusen*; *Præfes*
universalis, & *Præfectus præfectorum* in
continenti & Mari, cum *Sociis partici-*
pantibus nomine sociorum Hollandicorum.

هذا خاتم (o) الكورنات ورجنرال المسمي
(p) يوانس لمفهوسن حاكم الكلي وامير
الاصراء على البر والبحر مع اصحاب
المشاورة فرجانب سركار ونديز

(i) كفاية] Adverbium est, à nomine كفاية Sufficientia, quod Golius non habet.

(k) في نشر الاخبار] Ad verbum: In divulgatione nunciorum i. e. Ampla relatione rerum
nunciandarum. (l) عرض] Inter alia plurima significat etiam Manifestum fecit. Decla-
ravit. Quæ significatio est hujus loci, (m) الريح] Vox procul dubio pro sequente per-
peram scripta, per incuriam scribæ non expuncta remansit. Nam ريخ Venus, & Odor ex aliqua
re exhalans, huc non facit. (n) Mensis nono] scil. Septembri. Qui Arabicè exprimi non po-
tuit, ob causam supra §. 11. Lit. 9. dictam.

Parum accuratè librarius subscriptionem descripsit. Munus quidem Præfecti summi
Arabicis literis aliter exprimere vix potuit, quàm (o) *Covernador general*; at nomen Ex-
cellentissimi Viri proprium *Joannes*, Arabicè non est (p) *يوحنا*, sed *يوحنا*. In cognomine J pro
S positum, & f. pro p. quod Arabes non habent. Verba finalia depravata sic legenda arbi-
tratur: مع اصحاب المشركين في جانب شركاء ونديز Expositionem in Versio-
ne habes.

Sic tandem defuncti sumus tædiosisimo labore transcribendi & exponendi epistolas hasce Ara-
bicas. Juverunt me, fateor, versiones Belgicæ, quæ quidem sensum plerumque bene: vim
verò verborum rarè exprimerent; ea enim, nisi strictissimè intelligas, de genuina expositione cer-
tus esse non potes. Nos ad verbum reddidimus, ut versionis nostræ velut rationem redderemus.
Congruum sensum lector quivis sibi formare poterit. Si enim paraphrasin Latinam, auribus nostris
accommodatam, edere voluissimus, non versione, sed transfusione, haud secus ac peregrinæ mone-
tæ, vulgò ignotæ, opus fuisset. Lingua inter tot nationes diffusa, multùm variat; verba multipli-
cis & sæpe contrariæ inter se significationis, interpretationem reddunt difficilissimam. Quid futurum
putas, si scriptura ipsa sit mendosa, qualis ista fuit; præsertim in tertia hac epistola, quam aliquis lin-
guæ & orthographiæ Arabicæ non satis gnarus, descripsit. Manifesta vitia plurima emendavimus,
dubia reliquimus, ut peritiores habeant, in quo se exercent. Laborat hoc maximo incommodo
literatura Arabica, ut non tantum vocalium figuris destituatur, sed etiam literas multas nonnisi
punctis supernis vel infernis distinguat. adeo egenus figurarum fuit miser inventor Arabicorum
characterum, ut cum viginti octo sonos linguæ suæ cognoverit, quindecim tantùm figuras expri-
mendis illis repererit; quasi plures in rerum natura non darentur, ut distinctionis causa puncta ad-
hibenda fuerint, ex. gr. Be ð Te ð The ð Je & apud Persas P. sic Gim ح hha خ cha & ita
porro. Cogitet jam æquus lector, quanta carnificina sit, tractare talem linguam, in se asperrimam,
absentibus vocalibus, & consonantibus malè expressis, vel confusis: punctis verò diacriticis spar-
sim apposis, vel planè omisissis: adhæc nullis neque commatibus, neque punctis periodos distin-
guentibus; denique, si omnia distinctè, rectè atque pulchrè scripta sint, variis atque multiplicibus
vocalium significationibus; ut ubique hæreas. Ipse novi & vidi veteranos hujus linguæ Pro-
fessores, qui modò lectione, modò interpretatione librorum Mss. torum mirum in modum dis-
cruciabantur. Quamobrem nemo nobis vitio vertet, si quæ vel à lectione, vel ab expositione ge-
nuina aberravimus; sed potius, si poterit, benevolè emendabit.

Vocabula difficiliora hujus epistolæ, ob angustiam loci in notis non, vel non satis exposita.

- ψ. 1. فخيم] Apud Giggæum æquipollet فخام Magnus, *cujus consilio omnia fiunt.* *الخيم*] Vox ambigüe scripta. Nos secuti sumus significationem verbi *خيم*, *Copiosus fuit.*
- ψ. 3. حامي] Defensor. Protector. Orthographicè scribendum esset حام per Can. IV. ي à verbo حيا, quod etiam significat *Fervidus fuit.*
- ψ. 4. صايب] Participium à صاب, quod inter alia multa significat *intransitive*: *Bene directa fuit, & attingit scopum sagitta.* At hîc necessariò *transitive* seu *active* accipiendum.
- ψ. 5. شروع] Est pluralis multitudinis, à singul. شروع *Loricæ.* Mira metaphora, qua شروع *indumentum militare, sive ex corio, sive ex ferro,* (id enim in genere significat) pro *fortitudine & virtute militari* accipitur. جمال *Pulcher, formosus.* Giomâlon vel Giommâlon. Giggæus habet; Golius non. Gimâlon Substantivum est: *Elegantia. Pulchritudo.*
- ψ. 6. سلافة] Quicquid è re aliqua extractum est. In specie *Progenies. Fœtus.* Thema est سلافة *Eduxit. Extraxit.* Gall. *Extraction.* Affomste. Vulgò redderes: *Auß Davids und Salomons Stamm von extraction.* نسبي Adjectivum est, quod Giggæus reddit *Relativus, vel Generativus.* Nos النسبي scribere, & per Substantivum, *stirpem avitam,* reddere maluimus.
- ψ. 7. اصل] Radix. In apographo ظل *Error,* erroneè legebatur. Primò corrigere volebam ظل *Umbra,* quod est in epistola præcedente ψ. 1. Mox convenientius putavi اصل, quod & *radicem & stirpem, & genus* significat. عزيتة Scribendum putavi pro عزيتة, quod bis est in apographo, hîc & ψ. 8. Est autem عزية vel عزة, *cætus, vel turba hominum.*
- ψ. 10. منشور] Vox mendosa, vel منشور scribenda, vel, quod malim, منشور *Letus nuncius,* à secunda Conjugatione منشور, cui respondet Hebraicum *דשור.* معقابل Participium est tertiæ conjugationis, *cujus significationes huc nihil faciunt.* مقبول scribere voluit Secretarius, quod *gratum atque acceptum* significat, prout nos reddidimus.
- ψ. 11. تاريخ] Propriè est *Era vel Epocha.* At hîc accipitur pro *anno ipso.*
- ψ. 12. قراناه] Sic quidem in apographo; sed non est à قرأ legit, verùm à verbo قرأ *defectivo ultimâ* قرأ; *Hospitio benevole excepit amicum.* Igitur corrigendum قراناه.
- مكتونه Propriè est id, quod quis in animo custoditum habet, à rad. كن *In animo scientiam abditam habuit.* At nos simplicius reddere voluimus: *Negotium commissum, illi concreditum.* وحل ما فيه من العبارة, ad literam: *Et solvit, quidquid in eo de explicationibus.* غير enim inter alia multa etiam significat *Explicavit. Significavit. Denotavit.* Id est: *Explicuit quicquid significandum erat; vulgò uno verbo, contenta.*
- ψ. 16. يسلم واسكم] *Active* quidem reddidimus in versione, per Ellipsin vocis *Deus.* Sed commodius & usitatus redditur *intransitive*: *Salvum sit caput vestrum,* ut in notis post lit. x. monuimus. في خاطرنا Sensus poscit, ut reddatur: *Quoad nos, vel respectu nostri.* Quamvis similis significatio apud Lexicographos non reperiatur.
- ψ. 17. وعية Propriè est *fœmininum* à وعى *Pastus, rectus;* at denotat etiam *plebem.* Gol.
- ψ. 18. استقبلنا] Nihil aliud hîc significare potest, quam *Accepimus,* cum emphasi aliqua. Quamvis Giggæus X. Conjugat. exponat per verba: *SUCCESSIT, secutus est.* عادت malè pro عادت *Mos, Consuetudo,* ت pro ت; vitio ipsis Arabibus satis frequente.
- ψ. 19. حال الفخري] Voces procul dubio mendosa; nam *status gloriosus* non quadrat.
- ψ. 23. جوخ] Pannum reddidimus; usum, *sermonis Tyrannum,* (ut Vossius vocabat) secuti. Nam Lexicographi Latini omnes *Vestem laneam, Tuch/Laccken* exponunt. Cum pannus sit, vel *پان, Lappen/Lumpen* vestis vel tela particula informis: vel *plagula, ein Strich* particula longa & recta, nunquam *vestis.* Locus Horatii *de duplici panno,* qui Lexicographos fefellit, non de vestis specie aliquâ crassa, (ea enim simplex, minimè duplex est;) sed de *panno uno super alium posito,* qui revera duplex est, accipiendus. *Rassa*] Retinuimus vocabulum *Ras* / quod in novis inventis licet, sicuti Latini peregrina, *Xylinam, Bombycinam* telam, è Græca lingua retinuerunt. فصل *بغت*] Vox فصل significat *Progenies. Prosapia,* quod huc non facit. بنت *Persicum* est, à verbo *بافتن* *Texere.* Versio Belgica habet *Seebast.* Est autem *Bast* genus telæ nitidissimæ, instar sericæ vestis, quæ *ex cortice subtilissimè carminato* textitur. Inde fiunt, nisi valdè fallor, *lina xylina* Plinii. Quamvis ille *Gossypion & Xylon,* (quod lignum sonat) idem esse putet. Lib. XIX. cap. 2. §. 3. p. m. 562. 17.
- ψ. 24. رنگ] Color; Persicum est. Arabicè لون. Sic Persica admiscere solent.
- ψ. 26. حواشي] Pluralis est ab حاشية *Limbus, Ora* alicujus rei. A verbo *حاشى*: *Limbo vel margine circumdedit rem.* Intelliguntur *Nahmen / Belg. Lysten.* Nos *continacula* analogicè reddendum putavimus, a *continendo;* sicuti *retinacula* à *retinendo.*

Sequitur

SEQUITUR NUNC RELATIO IPSA.

MORADUS, Regis Habessinorum ADJAM-SAGEDI Legatus, *Armenus* natione, die XIV. Maji An. 1691. in portu Bataviae appulit, & die XVI. solenniter exceptus, in hospitium destinatum deductus fuit. Posthac occasione datâ, Societatis Secretarius, PAULUS DE ROO, quaestiones meas de rebus Habessinorum, pridem in Indiam missas, illi proposuit: responsiones diligentissimè excepit, & Belgicè conscripsit; quas nunc Latine versas, Lectoribus hic trado.

I.

De presenti Habessiniae statu, tam domi quam foris, qualis sit?

Regnum Habessinorum, cum Legatus CHOWAGIA-MORAD, Anno 1689. ab Imperatore JOSA ADJAM SAGEDO Bataviam Indiae ablegaretur, florentissimum fuit. Sine bello, nisi quod Rex ingenti exercitu in *Gongam* (a) expeditionem pararet. Regulum enim, à BASILIDE Rege, (de quo mox,) subactum, rebellasse; quem cum alio contumace haud procul *Damota*, (b) in ordinem redacturus esset, idque facile factu fore.

Antehac quidem Imperium *Aethiopiae* latrocinii *Gallaorum* (c) valde obnoxium fuisse, at hac tempestate rarissimè, ut articulo quinto dicitur; *Basilidem* enim regnum in integrum restituisse, & pristinam potentiam ferè restabilivisse, ita ut longè latèque feliciter imperitaverit, & fines Imperii Septentrionem versus in *Nubiam* usque extenderit; cujus partem Turcae teneant. Meridiem versus *Hadea* (d) gentis Regulum, ditioni Imperatoris subjectum, ducta in matrimonium regii sanguinis foemina, cum universis popularibus suis Christianam religionem amplexum esse. Littus orientale Habassiae, quod Mare rubrum alluit, excepto *Bailul*, (e) ipsamque *Suaquenam* (f) Turcas adhuc possidere. (g) Plura eaque accuratiora de finibus & regnis *Aethiopiae* Imperatori subjectis, cum nonnullis aliis scitu dignis, Legatus pollicitus est, se post reditum in patriam missurum.

II.

Quis & qualis nunc Habessinorum Rex sit? Quodnam illi nomen & qui majores?

SSUSNEUS Rex, assumptâ religione Romanâ, gravibus bellis ac tumultibus conflictatus, Anno 1632. fatò functus fuit, regno in afflictissimo statu relicto. (h) At filius ejus BASILIDES, spretis Latinorum sacris, & pulsus patribus Societatis, triginta duorum annorum spatio (i) quietè regnavit, multis variisque victoriis potentiam Habessinorum, ferè collapsam, redintegravit, atque regnum florentissimum reddidit.

F

JOHAN-

(a) *Congo* aliquoties scribitur in protographo Belgico, quod regnum est, in Occidentali Africa littore, ad 6. & 7. latitudinis Australis gradum longissimè ab Habassia remotum; itaque *Gonga* correximus, regnum exiguum, quod in Tab. nostra Chorogr. ad Occidentales *Aethiopiae* fines, XII. Latitudinis gradu, prope *Nilum* reperitur. (b) Regnum ultra *Nilum* ad austrum Habessiniae situm, in X. Latitudinis gradu. (c) *Gallae* ἸΑ: *Galla*, Habessinica; gens atrocissima & saevissima *Gallanos* in Historia nostra vocavimus, & de iis latè egimus Lib. I. cap. 16. (d) *Hadea*, vel *Hadya*, gentis nomen est, Regnum vocatur *Cambat*, ut videre est in tabula nostra, latitudinis gradu IX. (e) *Bailul*, rectius *Bailur*, portus est regni *Dancalé*, ad Mare rubrum, intransitibus ad sinistram situs; de quo Artic. VIII. (f) *Insula* & portus est *Maris rubri*, olim Habessinicae, nunc Turcicae ditionis, in XVIII. latitudinis gradu. (g) *Fines Imperii Aethiopiae* Moradus, Geographiae ignarus, nimium extendit vel confundit; nonnulla etiam regna, (veterem, ut videtur, tabulam Geographicam secutus) nominavit, extra imperium Habessinum sita, quae propterea recensere nolimus; Lectorem, talium studiosum, ad Tabulam nostram ablegantes. (h) Hujus Regis res gestas, ejusque exitum tradidimus in Historia nostra Lib. II. cap. 7. & Lib. III. cap. 12. & 13. (i) SUSNEO die XVI. Septembris Anno 1632. mortuo, BASILIDES, Filius regnum exorsus est. Si ergò triginta duos annos regnavit, mors ejus incidet in finem Anni 1664. sed numerus ille procul dubio rotundus est, ita ut menses aliqui anni sequentis addendi sint, quia, ut mox dicitur, Filius ejus JOHANNES quindecim annos imperavit, & anno 1680. obiit; igitur BASILIDIS excessus, & initium regni JOHANNIS contigerunt Anno 1665.

JOHANNES, Filius, (k) cognomento AELAF-SAGEDUS, i.e. *Millibus venerandus*, (l) qui Anno 1673. eundem virum in Indiam legaverat, mitis & pacificus, arma negligenter tractavit, ut Gallæi latrociniiis suis multa & gravia damna hîc illic Habessinîs intulerint; ita quindecim regiminis sui annis nihil memorabile gessit.

Filius ejus JASO-ADJAM-SAGEDUS (m) Anno 1680. imperium ingressus est, singulari magnitudine animi præditus, & manu strenuus, terribilem se Gallæis cæterisque hostibus suis præbuit. In periculis intrepidus, at iræ non satis potens est, quæ tamen submissa deprecatione facîle mitigatur; adhæc beneficentia sua effecit, ut primores regni illum pariter ament & metuant. In negotiis regni expediendis assidius est, magnâ rerum peritiâ & prudentiâ, finium imperii sui ad litus usque Maris proferendorum cupidus. Proceritatis est insolitæ, corpore robustus, artubus ad eò validis, ut ipsis Habessinîs suis miraculo sit, & aspicientibus aliqualem terrorem incutiat; annorum, cum Legatum expediret, plus minus triginta. (n) Unicam tantum legitimam filiam habet, sed plures filios atque filias naturales.

III.

Quis nunc sit rerum Ecclesiasticarum status? An adhuc sedi Alexandrinæ adhereant, atque Abbunam, seu Metropolitanam suam ex Ægypto petant? An post annum 1632. nihil cum missionariis Romanis amplius actum sit?

Religio in Æthiopia publicè recepta & adhuc usitata, nulla alia est, quàm vetus Alexandrina, seu Coptitarum Ægypti, à quibus adhuc *Abbunam*, seu *Metropolitanam* suam accersunt. (o) S. Sanctam Trinitatem credunt & confitentur. At controversia de duabus Christi naturis adhuc durat, (p) & non ita pridem inter Theologos eorum acriter agitata fuit. Germanus quidam, nomine PETRUS, qui apud hunc Regem & decessores ejus magnâ gratiâ valebat, nonnullos eorum orthodoxam sententiam docuerat; plures tamen in antiqua opinione Ecclesiæ Alexandrinæ, de una Christi natura, tanquam antiquitus recepta, perstitere. Attamen Rex, quamvis recentiore sententiam ipse amplecteretur, altercationum istarum pertæsus, moderatiores filere, rigidiores verò in custodiam dari jussit, atque hoc pacto turbas suorum sedavit. Petrus (q) regno excedere jussus, in itinere mortuus est.

Circumcisione marium, & exsecutione fœmellarum prisco more utuntur. (r) Illos quadragesimo, has sexagesimo die baptizant, non aspersione solâ, sed totâ immersione. Transsubstantiationem & adorationem panis consecrati averfantur. Panem in distributione frangunt, eumque post consecrationem seu benedictionem pro sacro habent, ut & vinum, quod etiam laicis præbetur. In administratione S. Cœnæ multos adhibent ritus, quibus (secundum Legati dicta) victimam Christi in corda communicantium imprimi prædicant, propterea sacramentum hoc nominant *Speculum sacrificii Christi*. (s) Confessionem auricularem, & ignem purgatorium ad eò detestantur, ut qui talia asserere ausit, tanquam Pontificius periculum vitæ incurrat. Sanctos, & imprimis B. Mariam Virginem, matrem Domini, impensè colunt. Imagines solidas respu-

(k) Johannes iste quartus filiorum *Basilidis* fuit. Constantinum primogenitum ante patrem mortuum noveram. Sequentes, *Iustum* atque *Davidem*, præmaturâ morte secutos necesse est, ut locum *Johanni* fecerint.

(l) De cognomento hoc auspicali vide notas nostras ad epistolam I. lit. e.

(m) De his nominibus vide additiones nostras ad epistolam secundam §. 6.

(n) Igitur anno 1660. plus minus natus est, avo *Basilide* adhuc vivente. (o) De qua re consule Historiam nostram Æthiopicam Lib. III. c. 7. §. 4. (p) De hac latè egimus in Historia nostra Lib. III. c. 8. & in Comm. d. l. N. LXXXVIII.

(q) Iste est *Petrus Heylingus*, Lubecensis; de quo fusè diximus in *Hist. nostra* Lib. III. cap. 14. §. 4. & in *Comment.* d. l. N. CXXXV. Qui, (si Moradum memoria non fefellit) ultra octoginta annos vixit, & quadraginta sex in Æthiopia transegit; quippe initio hujus seculi natus est, & sub finem anni 1634. in Æthiopiam venit. (r) De quibus prolixè disseruimus in *Historia* nostra Lib. III. cap. 1. 19. & ibi in *Commentario*.

(s) Ignotum hoc mihi, nec uspiam lectum. Quæ hîc de sacris & dogmatibus Habessinorum traduntur, ea me, non sine fundamento, plenius & accuratius ex eorum libris tractavisse, confido. Lib. VI. *Hist. nostræ* cap. 5. 6. & seqq.

ወንረ: ንጉዮ: በላዕሊሆ: ዘዞ
 በጸሐ: ለዋጥ: ወንድሞ: ለረሀዎ:
 ሶበ: ሐረ: ለ ወንድሞ: ዘረረረረ
 ስጥ: ሰቆሎ: ነግሱ: ወሃል
 ሳዊ: ሶበ: ሶኦ: ፤ ለረረረረረ
 ወስጥ: ሶስጥ: ስዋሪ: ዋጥሎ:
 ቱርክ: ለሠለስጥ: ሰጥረዘዘ:
 ለንጉሠ: ነግሱ: ዘረገዮ: ጸዮ: ፤

nis capitalis reos deprehenderunt. Post eos
 venerunt duo monachi Franciscani; quos
 etiam suspendio necaverunt. Tertio vene-
 runt tres Franciscani in insulam Suaque-
 nam, quos Turcæ trucidaverunt, mandato
 Regis regum Æthiopiæ.

Congruunt hæc cum dictis *Moradi*, nisi quod secundum hoc Regis decretum forma aliqua iudicii observanda sit.

IV.

*Num alia aliqua insignis mutatio ab anno 1640. in hoc
 Regno hucusque contigerit?*

Nulla, nisi in melius. Quandoquidem *Basilides*, aliàs *Alem-Sagedus*, regnum, discordiis, religionis causâ turbatum, ut supra dictum, restauravit, & in prospero statu conservavit; cuius vestigia Rex hodiernus *Adjam-Sagedus* sequi decrevit.

V.

Quo loco nunc Gallæorum latrocinantium res sint?

Quod ad *Gallæos* attinet, qui jam ultra seculum pestis & perniciës, non tantum Habessinorum, sed omnium circumjacentium populorum fuerunt, hæc tempestate multum fractus est eorum furor. Nam Rex hodiernus *Adjam-Sagedus*, vivente adhuc patre *Iohanne*, cum fratre natu maximo discors factus, ad *Gallæos* confugerat; (z) in quo secessu cum multis eorum amicitiam contraxit, atque hoc pacto gentis mores atque vires, nec non præliandi modum accuratè observavit, eorumque receptus atque perfugia intimè cognovit. Igitur post mortem fratris redux, amicis illis dextrè usus fuit. Nam regno potitus, complures eorum liberalitate in partes suas pertraxit, atque illorum copiis exercitum suum valdè auxit, ita, ut cum illis vel solis, vel cum exercitu suo conjunctis, alios multos sibi adversantes subigere & domare poterit. Qua ratione viam sibi aperuit, *Gongam* versùs imperii sui fines procul dilatandi.

Legatus porrò referebat, multa *Gallæorum* millia, stupentibus Habessinibus, solummodò in gratiam Regis, religionem Christianam spontè amplexos, atque baptismo initiatos fuisse, ut positâ barbarâ feritate mores humaniores, & vitam civiliorem induerint; quod nunquam antehac factum, neque in *Habassia* auditum. Sed hoc gratis non faciunt, siquidem Rex de victu & comiteatu illis largè prospicit, ut plures alliciat. Præterea *Metropolitæ* & *presbyteris* injunxit, ne *Gallæis*, etsi parum adhuc instructis, *Baptismum* aut *S. Cœnam* negarent, si sponte sese ad ista Sacramenta offerrent. Nihilominus plurimos *catechistas* constituit, qui eos in doctrina Christiana erudiant. Verùm enim verò, cum immensus sit gentis hujus numerus, longè lateq; diffusus, multum temporis requireretur, antequam tota natio perdomari possit. (a) Nam littus Orientale *Africæ*, à *Zeyla* vel *Mari rubro*, usque ad tropicum *Capricorni*, talibus feris gentibus repletum est.

VI.

Num Turcæ portus Maris rubri adhuc possideant?

Portus *Maris rubri*, Habessinici quondam juris, & inter eos *Arkiko*, è regione insulæ *Matzue*, adhuc in *Turcarum* potestate sunt; qua in re Imperator nihil innovare parat, partim ob res in Occidente agendas: partim, ne exteri in regnum facile ingrediantur; id enim *Turcæ* sedulò prohibent. Aliàs *Neguço* facile foret, junctis

(z) Idem quondam fecit *Susneus*. *Hist. Æth. Lib. II. c. 6. §. 56.* Sic *Gallæi* refugium sunt discordantium. (*Malcontenten.*) (a) Supra art. I. lit. c. allegavimus *Hist. Æth. Lib. I. c. 16.* quam confer.

junctis cum rege *Zeilano* (b) consiliis & copiis, totum littus Orientale occupare, & Turcas illud possidentes fame premere eosque expellere; prohibendo duntaxat, ne commeatus, aliaque ad vitæ sustentationem necessaria, è continente advehantur.

VII.

Num exteri facile intra regnum admittantur?

EXteris difficillimus accessus intrò datur; si enim tanquam mercatores cum mercibus veniant, Turcæ eas vel sibi rapturi: vel si moderatiùs agant, advenas aliorum ablegaturi sunt. si verò sine illis accedant, etiam si à Turcis intromitterentur, ab incolis tamen intuti forent, præsertim homines albi, quia pro *Lusitanis* vel *Pontificiis* haberentur, cum periculo vitæ. Alii verò à tali suspitione liberi benevolè & excipi & haberi solent. Verùm illis in locis regio valdè inculta est, desertis arenosis, & montibus asperrimis distincta, ut ægerrimè peregrinari possis; ut taceamus latrones, qui peregrinos sine ullo discrimine spoliant. Aliàs mercatura exercetur ab ipsis Habessinibus & Muhammedanis, è regione *Sennâr* adventantibus; qui merces suas, nempe *ebur, aurum, argentum, frumentum, butyrum, oleum, mel, excrementum odoratum ciobetta, coria boum*, ut & *mancipia* & plures alias res viliores, *Arkikum* & *Matznam* devehunt, ut inde rursus *aromata, piper, & telas lineas* omnis generis, nec non *vestes sericas*, atque auro & argento intertextas, avehant; id quod illi, sine ullo periculo, minoribus impensis, & majore commoditate quàm peregrini perficere possunt.

VIII.

An portus Bailur adhuc navigantibus, & quibus pateat?

B*Aylul* vel *Bailur*, portus (c) ad Mare rubrum, haud procul *Arkiko* situs, adhuc pertinet ad Regulum parvi regni *Dancalè*, qui sub clientela Regis Habessinorum est, (d) & in fidei suæ pignus liberos suos in aula regia educari curat. Muhammedanus est religione, & annum tributum *Neguço* solvit. Incolæ illarum regionum partim *Æthiopes* feri & agrestes, idolorumque cultores: (كافرو) *Caffros*, Arabes vocant) partim Muhammedani sunt. Nulli ibi dantur Christiani: neque etiam multi mercatores è regionibus interioribus illuc profisciscuntur, propter itinera parùm tuta, & latrocinia illis in locis frequentissima.

IX.

Quis status nunc sit Regis ADEL, olim Habessinorum inimici?

I*Mâm* (e) [امام] i. e. *Princeps* vel *Rex* regni *Adel*, cujus portus est *Zeyla*, Muhammedanus est, nemini subjectus, olim infensissimus Habessinorum hostis, (f) jam verò à multis annis amicus. Multis circum hostibus cinctus est, quare semper paratus & intentus esse cogitur. Sedem suam Regiam decem vel duodecim dierum itinere introrsum habet, in urbe *Auca*. (g) Commercia inter utramque gentem difficillima sunt, ob genus quoddam Gallæorum, *Ambersis* dictorum, qui circa fines utriusque regni vagantur, & mercatores exactionibus suis vexant: aut, nisi satis largiantur, planè spoliant.

X.

Quanti veneant servi Habessinica nationis?

Servi ex illis regionibus advecti, & venum expositi, nativi Habesini non sunt; quamvis Arabes eos sic nominent, ut eò cariùs vendant. Etenim veri Habes-

G

fini

(b) De hoc mox plura dicentur, *Artic. IX.* (c) De portu hoc egimus supra *Articulo I. lit. e.* Per eum *Patriarcha Lusitanicus* tempore *Susnei* salvus in *Æthiopiam* penetravit; uti diximus in *Hist. nostra. Lib. III. c. II. §. 8.* (d) Rex hic Imperii *Æthiopici beneficiarius* est, ut docuimus in *Histor. Æth. Lib. II. cap. 18.* (e) Generalis appellatio est, à præpositione *امام* *Amâm, Coram, ante,* & denotat quemcunque qui aliis præest. Hinc de quovis *Principe, Duce* vel etiam *Rege* prædicari potest. Specialiter significat *Antistitem sacrum*, qui populo precibus præit, ut apud Turcas fieri solet. (f) Id docent bella internecina inter utrosque gesta, de quibus eorumque causis egimus cum in *Hist. nostra*, tum in *Commentario Lib. III. cap. 15.* (g) *Auca-Gurellé* vocatur Metropolis hujus regni à Patribus Societatis. Compositæ voces sunt, quarum significatio me latet. Vid. *Comm: Lib. I. N. XXIX. §. 9.*

XII.

De persona Legati.

Legatus **C**HOWAGIA MORAD, qui epistolas Regis Æthiopiæ, quas supra retulimus, Bataviam Indiæ attulit, natione Armenius fuit, cum secunda vice rediret, Vir *septuaginta quatuor annorum*; sed robustus adeo & corpore validus, ut patinas pariter ac pocula, instar juvenis viginti quinque annorum, evacuaret, ex quo intelligebatur, victum & aërem Habessinix saluberrimum esse. Quæ certò affirmabat, hic conscripsimus, ambiguis transmissis. Nullatenus verò dubitamus, virum talis ætatis atque dignationis, in re ad se nihil pertinente, veritatem dicere voluisse.

Dabatur *Batavia in castello*, die XVIII. Martii, Anno MDLXXII. P. de Roo.

[Primus Habessinorum Legatus, *Matthaus*, quem post hominum memoriam sub initium superioris seculi foras miserunt, etiam *Armenius* fuit, qui primam hujus gentis notitiam, quamvis sat mutilam atque mancã, orbi nostro dedit. De eo fuse egimus in *Comment. nostro Proem. 1.9.* & Lib. II. N. LVII. ubi etiam causas indicavimus, cur *Armenii* potius, quàm Habessini ad similes legationes adhibeantur; scilicet illi Orientis, sicut Hollandi Occidentis, mercatores sunt perpetui, nisi quòd naves nullas habeant; itinera, linguas & mores gentium norunt, & liberum per Muhammedanos & Christianos transitum habent; apud Habessinos præcipue, qui eos omnibus aliis exteris præferunt, quia ad eorum ritus & religionem proximè accedunt. Illos enim cum *Habessinix* & *Coptis* puriorem Ecclesiam constituere Jacobitæ autumant.]

Congruit nova hæc relatio in summa rerum cum ea, quam *Hubertus Cloed* (cujus paulò ante meminimus) in Europam misit, quamque nos in *Commentario nostro in Addit. ad Lib. II. pag. 264.* publici juris fecimus. Quapropter nec nos de bona fide Legati *Moradi* ambigimus. Potuit tamen, tanquam exterus, circumstantias quasdam particulares, quoad nomina & situm regnorum: quoad ritus, religionem, & similia, ignoravisse. Nisi memoriã lapsus fuit, cum de *Petri Heylingi* habitu & morte, quasi ante non ita multos annos contigerit, differeret, ut monuimus *Art. III. lit. q.* Eum enim diu ante hodierni Regis tempora fato functum audivi. Deinde primordium regni hujus Regis differt à relatione *Huberti*, qui *Adjam-Sagedum* Anno 1685. tres annos regnasse scribit: at secundum *Moradum* supra artic. II. illo tempore quinque annos regnasse oportet, quod præferimus. Sed expectanda sunt, quæ ex Arabia vel ipsa Habessinix plura & accuratiora submittere pollicitus est, supra art. I.

Cæterum ex supra dictis Historia nostra partim suppleri, partim emendari potest. *Genealogia* Regis hodierni, secundum *Moradi* relationem, ita se habet:

BASILIDES, SUSNEI F.

primò SULTAN-SAGED; deinde ALEM-SAGED cognominatus. Natus Anno 1607. Rex factus d. 16. Septemb. 1632. Obiit sub finem Anni 1664. vel initio 1665. genuit *Constantinum, Iustum & Davidem*, qui ante patrem obierunt; successit ergo

JOHANNES

Anno 1665. Cognomento AELAF-SAGED. Obiit Anno 1680. cujus filius

JASO-ADJAM-SAGED,

nunc feliciter regnans, nat. Anno 1654. ad regnum pervenit Anno 1680.

NN. FILIA.

Sed fœminæ nullum jus succedendi habent.

Igitur benevolum Lectorem rogatum volumus, ut ubicunque in opere nostro legerit Regis nomen mendosum *Af-Saged*, corrigat *Aelaf-Saged*. Causam mendæ reperiet in Epistola I. lit. e. p. 9.

G 2

Dum

(i) *Afella* & *Kompella* ignotæ mihi sunt regiones. (k) *Shankala* sunt Æthiopes feri, pamphagi atque palantes, *Troglodytis* simillimi. Descripsimus eos in Historia nostra Lib. I. c. 14. §. 53. Com. h. l. (l) Ingenia Habessinorum descripsimus in *Hist. Æthiop. Lib. I. cap. 14.* & ibi *Coment.* (m) Belgica relatio habet: *de waerde von ½ of ¾ Real swaerte Goud* / quod pondus, cum præcisè dicere nequeamus, maluimus dicere id, quod ex multis aliis accepimus. (n) 840: Francos more Orientalium vocant omnes Europæos, speciatim *Ecclesia Romana* addictos; Græcos minimè. *Comment. 1, 17, 7.*

32 Relatio de præfente Habefliniæ ftatu.

Dum Arabica tracto, incidi fortè in diem XIII. Augufti *Calendarii Coptitarum* in *Comment.* meo pag. 425. ubi mendofum جس mihi impofuit, ut notam facerem N. XLVII. p. 436. atque de *seceffu* exponerem, cum جس fcribendum fit, quod de Deo dicitur, cum homini fe manifeftat; prout reperitur Marc. 9, 1. hinc جس *Epiphania* eft apud Giggejum p. 737. fecundùm hoc locus ille eft corrigendus. Porro magnam obfervabis differentiam verfionis epiftolæ *Aelâf-Sagedi*, quam hîc dedimus, ab illa quam exhibuimus in *Commentario* noftro Lib. II. N. xxxvi. p. 244. Cauſa eft, quod iſta ex paraphraſi Belgica: illa verò ex textu Arabico, quem nuper accepimus, confecta fuerit.

Postremò monendus eft lector, quomodo literæ inter Europæos ambigæ, in peregrinis vocibus legendæ ſint.

Ch. ut *German.* *Belgicum* & *Polon.* Ch.

G. ante e & i. ut *G. Gallicum.*

J ut ج *Germanicum.* *Ital.* & *Belgicum.* *Anglicè* & *Gallicè* Y conſonans.

Sh. ſicut ش *Germ.* Ch. *Gallicum.* Sh. *Anglicum.*

W. ut *W. Anglicum.*

Secundùm hæc Regis nomen *Adjam-Saged* cum Arabibus Gallicè legendum *Adyam-Saged*; quamvis litera G. *Æthiopicè* ſemper ſit *palatina*, nunquam *dentalis*. Titulus Armeniorum conſuetus ժողովրդ *Chovvagia*, Magiſter, Dominus, *Ital.* *Signor*, ſi rectè efferri debeat, trium nationum linguæ requiruntur; *Germanorum*, qui pronunciant *Ch: Anglorum*, qui efferant *W*: denique *Gallorum*, qui dicant *gia*, vel potius *ja*, ne audiatur *i*. Mirè paſſim ſcribitur alibi, *Godja. Godſia. Chodſia*; alibi *Hagia*, ab aliis aliter. *Chogia* contractè procul dubio pronunciat. Propter hanc cauſam ſæpius deſideravimus, quin & polliciti ſumus (ſi per alia negotia liceret) *Alphabetum* quoddam *univerſale*, ſecundùm quod omnia peregrina nomina ab omnibus Europæis uniformiter ſcriberentur & legerentur. Specimen inſigne in admirando linguarum Orientalium Theſauro, in ejus præmio, publicè exhibuit Nobiliſſimus *Franciſcus à Meſgnien Meninski*, linguiftam Orientalibus, quàm Occidentalibus ad ſtuporem doctus; quod ſequi decrevimus.

Errata typographica, quæ Lectorem morari, vel ſenſum turbare poſſint, obſervavimus nulla; idque ſedulitate & curâ amanuenſis noſtri *Joh. Hermanni Weiſſenbruch*, Orientalium Linguarum, imprimis Arabicæ & *Æthiopicæ*, cultoris diligentiffimi. Si tamen pro *Giggeus*, ſecundùm titulum Theſauri ejus, *Giggejus*; & pag. 16. lin. 3. *Mefelamin* legere velis, per nos licet. At *Sphalma* reale eſt, quod alienâ culpâ irrepiſit pag. 12. lin. 11. ubi pro *X. die Julii, III. Februarii* ponendus. Nam *d. VII. Sept. 1674.* *Suratæ* appulerat primâ vice Legatus: *Bataviæ* verò dicto die *Februarii 1675.* Denique defectum typorum Arabicorum ubi non ita ligari & connecti potuerunt, ut calligraphia Arabica poſcit, æquus Lector excuſabit.

F I N I S



BB788

Sammelbd.

ULB Halle 3
007 391 773



Sb.

VD17



BR



